Оссолінсъкі колекції.

CD – диск виконано в рамах угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 4.
Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

452. Interregnum Eloquentia Regiam ad sceptra Rhetorica Candidatis Viam aperiens. In regali Jagiellonio Collegio Soc. Jesu Resseliensi. Sub praside et professore Adm. Rev. P. Jacobo Raas. 1696.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE



Theodatus Joannes magnus Rex I. A° Dñi: 1697
1737
27

Nr. 452.



VIII B 3D

Interregnum Eloquentiæ
Regiam ad sceptra Rhetoricæ Candidatis
Viam aperiens.

Cor illud domus Taberna

In Regali Jagellonio Collegio
Societatis Jesu Resseliensi.

Sub Præside et Professore Admodum Rndo
Patre Jacobo Raas.

Anno Interregni
Post fata Serenissimi Joannis III.
1696

BIBLIOTEKA FUNDACYI HR. BAWORÓWSKICH

Prooemium. Probativ

Ad communem Patriæ orbitatem, qvâ serenissimo viduatâ capite Resp. convocationem indixit suis ordinibus, etiam Agidio nostro Interregnum denunciare placuit Eloqventiæ Candidati Rhetores. Vacant et hic augusta Regum solia ad qvæ erudita Mater ad excelsa natam indolem provocat majestuosa illa Atticæ svadæ pulpita, Ciceronianæ facundiæ rostra; ex qvibus, qvo ex superstites vivèrent, Græciam regebant Demosthenes, orbi imperabant Tully facilè universo. Vt ut sine æmulo Eloqventiæ potentia, qvæ supposita exteriorum regendi ratione, in animis qvoqvo minum exercet imperium; patet nihilominus fatis etiam huc adytus qvotics sæculorum desidiâ obliviosis tenebris involvitur dignitas optimorum Rhetorum; testantur id in animis multorum jam extincti Tullij, mortualis inter umbras non ayriti Hyperides, in oblivione Æschines, sine famâ Nestores sine gloriâ Libani, sine nomine sexenta in regno Eloqventiæ qvondam coronata capita; qvorum Eloqvio dira Lachesis falce intercepto illa facundiæ flumina, vix tenues rivulos, qvibus, ev lachrimis deflevetur occasus non unius Regis Eloqventiæ post se reliqverunt. Coronatas has Rhetorum sedes, augusta hæc Oratorum suggesta, victrices animorum orchestras vobis hodie literaria Resp. aperit Eloqventiæ Candidatis.

Agite jam ex pro ingenitâ animi vestri magnanimitate, ut qvotqvot turpiter servire detrectastis, prius vobis, tum animis aliorum diserti qvondam Oratores imperetis, Viam ad hæc solia, ad fasces, et sceptra monstrabit vobis

Inventio ascensum solidabit, Dispositio, Elocutio dignitatem, Memoria reverentiam, Peroratio demum animos conciliabit. Vos interim quæ pro vestro profectu hic a me juxtà Soarij præcepta adducta fuerint, promptis animis excipite, continuiq; laboris ac studij vestri industriâ amplificate.

Ad majorem Dei Gloriam, sine labe originali conceptæ Virginis Deiparæ honorem.

Prolegomena Eloquentiæ

Antequam literariæ Reip. Delegati Senatoria Eloquentiæ subeatis Cathedra, Rhetores; pro more gentis ac Patriæ nostræ in Præliminaribus quibusdam vobis consistendum est. Sine Mareschalcho in sacra hæc venire Penetralia cuipiam absq; peritissimo hoc ac officio manuductore limen ingredi nefas sit, cujus vice imprimis morum probitas, tum consuetis quibusdã Rhetoricis (minoribus illis quidem) in exercitationibus mediocris non solùm profectus vester fungetur, viamq; aperiet. Jamq;

Præmitto et suppono Amo quemlibet Eloquentiæ candidatum hoc tempore, antequam ad iactationum ejusdem consiliorum recipiatur adita, ut sit fusam Orationem ac Panegyrim tractare inipiat, non mediocriter exercitatum esse debere. Imo in dilatandis ac amplificandis propositionibus simplicibus vg Pluit incumbe literis etc: et hoc docet Epitheторum practicus usus, Adjectivi in substantivum, Verbi in Nomen mutatio. 2do in exponendis cujusvis generis sententijs vg Vir sapiens non tantùm honoribus uti, quàm dignus videri amat. Ad hoc conferunt Tropi et figuræ, tam verborum, tam sententiarum. 3tio in connexè jungendis sensibus, ut unus, veluti annulus ab annulo in catenâ ex alio pendeat.

Arid. Lib. Inst.

Ovidij lib. 1mus Eleg. 9ta.

Thesia Pirithous non tam sensisset amicum,
Si non infernas vivus adisset aquas.
Si non Curialus Rutilos cecidisset in hostes
Hirtiade Nisi gloria nulla foret.

Cæt illud Ciceronianum pro Sextio. Miserum est eum fluctibus ejici, expulsum in alienis agris jacere, quem in majorum suorum vestigijs stare oportebat. Hæc docet doctrina practica, de Periodis scilicet conjunctionem sensus cum sensu ita supponitur in Candidato Eloquentiæ, conscribendarum Epistolarum notitia, Tractatio Exemplorum, Contrariorum, Similitudinum etc. quæ doctrina de suis abunde jam in Locis suppeditat. Item fictionibus jam Descriptionibus per Adjuncta rerum etc. Adeoq quo ad ista remitto Rhetorem meum ad præcepta sua quæ pro more recepto in humanitatis sibi exhibita habet. Si quid desit, ad plenioren istorum notitiam supplebit lectio librorum et Authorum hac in parte, etc. vg In periodicâ doctrinâ præcepta Oratoria Patris Lauxmin Patris Pomei viam monstrabunt. In Actis idem Pater Pomei in suo Candidato Eloquentiæ, in Epistolis in suâ Svadâ Pater Jwotkevic viam monstrabuot, in descriptionibus rerum omnium optima magistra opus perficiet, His præsuppositis et Praxi relictis.

Præmitto 2do ad naturam Rhetorices quod attinet Officium et finem ejusdem paucis expedienda censeo, aim plus speculationis quam praxis habeant, passimq inveniantur in Authorum libris, qui ex professo de Rhetorica tractant vg apud Jansirum, Carolum Pajot, in Tumulis Patris Seeligmacher et alijs supra citatis. Item in Tabulis Soarij, quæ nihilominus Explicatione egent et practicâ discussione. Quare.

Respondeo Rhetorica est ars bene dicendi. dicitur ars quia Definitio Rhetoricæ Rhetorica est habitus seu Facultas efficiendi aliquid promptè, et sine errore juxta præcepta, secundùm quæ procedens Rhetor, in suis functionibus non facilè exerret. ars omnis ex observatione naturæ, et animadversione seq Rhetorica

Super aliorum agendi, et faciendi modum orta est. Sic et Rhetorica ars seu facultas ortum suum habuit, ex observatione eorum, qui naturalibus talentis instructi, nul-
lo præceptorum adminiculo, facundè et concinnè et ad persvadendum aptè lau-
ti sunt. Horum methodus stylus et coordinatio rerum ab alijs ordinata et sub re-
gulam accepta, ars Rhetorica dici coepit. Dicitur 2do in definitione. bene di-
Differentia Rhetorica
cendi, per quod intelligitur Rhetorem debere orationem suam aptis verbis atq;
selectis sententijs, rotundâ Periodo, naturaliter fluentibus digressionibus, argumen-
torum pondere, figurarum varietate absolvere. Hoc est Benedicere.

Materia Rhetorica
Respondeas 2do Materia Rhetorica seu Objectum illius latissimum est et amplissimum. Nam alie artes circà quoddam certum se occupant, ut Medicina versatur circa morbos tantùm pellendos, v arcendos. Pictura circa colores. Poësis circa fictionem. Grammatica circa constructionem. Dialectica, circa veram illa-
tionem. Musica circa consonantiam dissonum vocum. Arithmetica circa numeros, Geometria circa mensuram, Astronomia circa sidera etc. Rhetoricæ objectum nullis terminis circumscriptum est (idem sentit Ramus de Dialectica, sub sua ra-
tione certâ) sed ad omnia, quæ in totâ naturâ sunt se extendit, et Rhetoricè de
ijs discurrit.

Officium Rhetoris.
Respondeas 3tio. Officium Rhetoris est apposite dicere, de omni re, id est con-
venienter rebus loqui bene; ut id efficiat, scire eum necesse est naturas rerum
qualitates, proprietates, effectus, et similia, quæ ex sedulâ Authorum lectione, et
Historicorum, Poëtarum dignoscenda sunt.

Finis Oratoris
Respondeo 4to Finis Oratoris seu Rhetoris est dictione persvadere, id quod
in intentione habet, nam quidquid rationabilis creatura agit, ex proposito (ut
dicitur) fine et intentione agere debeat. Hæc cæteris id incumbit Rhetori, cujus
officium est aptè dicere ad persvadendum vel dissvadendum. Finis vero ipsius
Persvasio si ad bonum alliceat, et virtutem commendet. vt Dissvasio si abstineat
à malo, vitiumq; reprehendat. Complectitur hic Finis triplex causarum genus. de quo.

Nota cum

Intentū Rhetoris

Nota cum Finis sit primus in intentione, ultimus in executione ante omnia curandum est, scopum Orationis suæ ut figat, de qua una materia, dicturus ne sagitta in incertum eiciat. Itaq; supposita et determinata materiâ, sive Catholica, sive aliqua certa et particularis sit, Propositionem formet, quam deinde argumentis firmet, stylo exornet. Hæc quomodo formanda, videbitur suo loco. Hic pro Universali notitia sciendæ sunt sequentia.

Quæstio quid sit

Quid sit Quæstio Orationis, quid Status, Crinomenon, Causa et quo modo differant. ℞ Hæc omnia apud Oratores sæpenumero accipi pro eodem, scilicet pro eo, quod in Orationis compositione præcipuum et propositum Oratoris seu Intentum dicitur. Habent nihilominus suam Differentiam et propriam Rhetoricæ significationem.

Quæstio Orationis nihil aliud est per se ac propriè quam Propositio seu Enunciatio ambigua ex duabus propositionibus contradictorijs orta. vg deliberat Resp. utrum contra communem Christianitatis hostem sit pugnandum ultrò. Una pars dicit. Bellum est promovendum. altera pars dicit contrarium, Bellum non est promovendum. Ex his duabus Propositionibus exoritur ista vg Promovendumne sit bellum? Et hæc dicitur Quæstio Orationis quam Orator deinde vel Imperator pro una parte determinat. vg Promovendum. et competentibus argumentis probat.

Quotuplex

Quæstio duplex est Infinita et Finita, Infinita, Græcè vocat Thesis, et est Propositio communis seu Universalis, aut sine circumstantijs certis, Personæ, Temporis Loci, vg Studendumne artibus liberalibus? ubi vides in genere quæri. studendumne? abstrahendo a tempore Quando, ab ætate in qua, in loco ubi, a Persona, subqua, a disciplina cui, sed duntaxat in communi. Finita Quæstio est Propositio Particularis seu in certis circumstantijs constituta, vocatur Græcè Hypothesis vg Studendumne? Rhetoricæ? ubi vides illam propositionem superiorem, contractam ad Circumstantiam unam et certam vg disciplinæ. Unde hæc Propositio respectu superioris illig est Hypothesis, respectu aliarum propositionum, quæ ex illa magis contrahi possunt et ad plures circumstantias determinari vg Studendumne Rhetoricæ Resolv? Petro, hoc tempore etc tunc propositio, hæc, media scilicet. Studendumne Rhetoricæ, erit Thesis; inferiores vero Hypothesis. Eadem enim Propositio di-

verso respectu. jam talis jam alia dici potest. Adverte illa Propositio ex duabo, quam Orator determinat, et deinde argumentis probat, et dicitur constitutio causæ

Revocatio Hipothesis ad Thesim

Quæres 2do quid sit Hypothesim revocare ad Thesim? R. Nihil aliud est quam propositionem particularem certisq circumstantijs vestitam probare ex Universali, quæ ejusdem Genus vj-Vis regant. quod studium Rhetoricæ homini estimationem ac dignitatem parit, accipe pro argumento seu ratione Propositionem hanc Generican vz Studium artium liberalium homini estimationem ac dignitatem parit. Subsunc. Sed Rhetorica est ars liberalis, eaq præcipua ad animos conciliandos apta. Ergo Rhetoricæ studium homini estimationem parit. Sic formatum Syllogismum Rhetoricè jam expone, unamquamq propositionem debitè amplificando et officio tuo functus.

Hæc de Quæstione quæ nihil aliud ergo est, quàm id de quo Orator dicturus est scilicet ipsum propositum. Intentum, seu Scopus Orationis, seo ipsa Propositio, quæ alio nomine insuper denotatur ac dicitur.

Status qoid sit Orationis

Status Orationis ea eo dicitur propositio aliqua, quod duabus Propositionibus oppositis præfixis (ut supra de Quæstione dictum est) una determinatur, in qua Orator stat seu subsistit Oratio: vg Sextius Reipe vim intulit, ponit adversarius. Cicero dicit non intulit, Quæstionis igitur Status est. Intulisse ergo vim Sextius, Cicero stat pro negativa parte, et argumentis evincit.

Quotduplex

Status Orationis quotduplex est? R. tripplex Conjecturalis Definitionis et Qualitatis. Status Conjecturalis ille est, dum quæritur de persona, de qua nobis non constat de facto autem constat. vg Primum de motor Conjurationes fuit Catilina, factum seu conspiratio notoria est et patet de persona verâ, seu primo motore, conjecturis evincendum est. Secundò Status Conjecturalis est, cum de Persona constat, de facto autem Conjectura tantùm est. vg Deiotarus Rex invitat ad se Cæsarem et hospitio excipit (et clarum hoc est) an verò eo tunc illi struxerit insidias Cæsari scilicet, demonstratione indiget, Cicero defendit atq negat; adversarij affirmant. 3tio Conjecturalis Status est, quando et factum et persona

in dubium

in dubium revocatur.

Status Definitionis seu Definitivus seu Nominis, quando Orator suâ propo-
sitione quærit, quid sit hoc factum aut quo nomine appellandum vg Fuitne Pater Patriæ an Tyrannus? Et ne Pater Patriæ vocandus. Item Catholicus quispiam incendit templum Hæreticum, accusatur ab Hæretico sacrilegij. Defensor negat illum commisisse sacrilegium, quod deinde argumentis probat, ac ratione ac definitione sacrilegij, quod non aliud est, quàm violatio sacræ rei. Status Definitionis,

Status Qualitatis est Quæstio seu Propositio de re aliqua. Qualis sit licita an illicita? pernicidosa an utilis, etc. Hic Status Absolutus. Alius est quando ostenditur rectè factum ex natura rei nulla alia ratione aliunde adducta vg Pater licitè castigat filium. Alius est Assumptivus seu juris ratione, dum aliquid ostenditur licitum an illicitum etc ex ratione aliunde adductâ. Rationes autem hæ sumuntur, ex multiplici capite vg 1mo ex lege, vg Occidit aliquis in suo agro pecus fruges depopulans, accusatur ab adversario, hic se defendit ex lege. 2do ex Ratione seu consuetudine vg Secta quispiam parentem suum sexagenarium, ex ponte in fluvium præcipitat, accusatur ab alijs parricidij; sed hic se defendit ex consuetudine, quod apud illos sic liceat unde etiam deportati senes dicuntur. 3tio ex Secta. vg Calvinista dicet in sua Eucharistia, esse unicè et verè panem Catholicus quispiam ad illorum mensam accedit, et buccellam acceptam eam ipsi picit, accusatur mox ab Hæretico sacrilegij, sed facile se defendit ex illorum secta se nihil sacri violasse, cum ipsi solum panem sentiant, quem utiq; cuivis dare licet. 4to sumitur ratio ex Arte etc vg Pictor quispiam ignaphicè depingit bedi incommoda, hoc viso tarus ad præsidium profugitur imò detestantur bellua plurimi, accusatur itaq tanquam concitator tumultus, sed se defendit ex Arte. nimirum pictoribus omnia licere. Hæc de Statu Rationis, qui alio nomine Crinomenon dici solet, quæ duo tamen si penitus considerentur, differunt. Ut patebit. Status Qualitatis

Crinomenon Orationis, quod Latinè Judicatio seu Controversia dicitur, est illud in Oratione, circa, quod potissimum versatur Orator. Hoverte Crinomenon Orationis

discrimen Propositionis et Judicationis in exemplo quod adduci solet ex Ciceronis Oratione pro Milone. vg Vult Cicero persuadere quod Clodius jure occisus sit a Milone, et haec est Propositio quae ut per argumenta melius probetur sta tuit sibi Cicero fundamentum. Hoc est certum quoddam et solidum argumentum unum a quo alia omnia dependeant et fluant, et in eo radicentur quodammodo. vg Clodius insidiatus est Miloni et hoc est Crinomenon seu cardo argumentorū Itaq quando in Oratione aliquā omnia argumenta, quo ad se disparatè conferuntur; tunc Crinomenon et Propositio nec dependeant ab uno aliquo soluti pro quo fundamento; tunc Crinomenon et Propositio, seu Status Quaestionis, pro eodē sumuntur. Distinctum verò erit Crinomenon, si argumenta omnia fluant ex uno fonte, defensionis seu accusationis.

Causarum Genus apud Oratores tripplex est Demonstrativum, Deliberativum seu Judiciale. de quibus suo loco, et ut reor alibi jam aliqua de ijs exposita sunt.

Quaeres quot sint partes Eloquentiae? Inventio. Dispositio Elocutio, memoria, et Pronunciatio. in quibus cum tota versetur ars Oratoria, de singulis per partes agemus; tandē ad Epidictica Eloquentiā paulatim descendemus. Sit itaq

PARS 1ma.

De partibus Eloquentiae, earumq practico usu.

Quae hactenus de Eloquentiae natura seu arte Rhetorica praeliminariter dicta sunt. scilicet. Quid sit, unde orta sit? Quis ejus Finis et ti quodammodo cunabula illius sunt, et quia minora illa trahit ad se, et rapit studium nostrum, ma jor ejusdem dignitas, quae Rhetoricā corporis speciem in membris suis exhibet spectatissimum imperio dignissimum. Atq; ecce, quo regnantis reverentia Principis nos provocat ut propius accedamus; per sequentes tractatus cuncta perabimus

VIA ad Solium Eloquentiae

seu.

Tractatus primus de Inventione

Andabatarū

Andabatarum mos erat, clausis pugnare oculis et Patrocinantibus tenebris de palma contendere. In stadio Rhetorico non nisi perspicacissimis, secretum Eloquentiæ sese offert obtutibq; Quare ne a scopo abetres, et palmam amittas. Via Regia pre oculis habenda est, quam Inventio mostrat, et Eloquentiæ ad fastigium paulatim pandit semitam. Iam ergo

Quæres 1mo quid sit Inventio. R/ juxta Ciceronem 1mo. Rhe, cap. 2do. est rerum verarum, aut verisimilium excogitatio, quibus probabile reddatur quod evincere contendit Orator. Hoc est quæcunq; ad propositum pertinent, Rhetoris est excogitare quibus intentum suum persuadeat, Caudem conciliet, notos idoneos excitet, et suorum Auditorum animos captivet.

Quæres 2do quot sint partes Orationis Inventionis? seu quod idem est, Quidnam Rhetor invenire debeat? cuiquam respondeam.

Nota scripturo Orationem quamcunq; in quamcunq; materiâ, brevem aut longam, sequentia observanda sunt, quibus pedetentim Rhetor ad opus accedat, 1mo. Videat quid in Oratione intendat, sitne quidpiam simplex? vg an velit gratulari tantùm sitne quid complexum? scilicet velitne Salutare et Gratulari simul? Et hoc vocatur Intentum Rhetoris, Scopus, Materia, Meta præfixa, Finis seu Abrumpens. nec cadit sub Inventionem quia se ipsum ex circumstantiis Temporis, Officij, Vicinitatis et Dignitatis etc offert. Et a nobis rationabiliter de se exigitur, ut vg amicos salutemus, aut Imperatur, ut hunc vel illum Laudemus. 2do præfixo scopo certo, seu determinatâ materiâ de qua dicturus Orator, formet Enunciationem Dialecticam. Hoc. Propositionem simplicem quæ constet Subjecto et Prædicato, idest in qua designatur D de quo sermo est. Dicitur Subjectum. Et id quod dicitur, id est quod in sermone est vocatur Prædicatum, quia Prædicatur, seu dicitur de Subjecto. vg Petrus coronatur. Ly Petrus Subjectum est quia de illa dicitur, quod coronanda, Coronari autem predicatur. Vis itaq; Gratulari aut Salutare atet etc quod pro materiâ assumis, forma Propositionem Simplicem vg Hospitem te Saluto. Dignitatem tibi novam Gratulor, S. Borgias ex norte Isabellæ convertitur. Christus sedebat super puteum. etc: Hæc et similes Propositiones, quia vel obviæ sunt, vel Historicæ, et ultro se offerunt, nullo Labore

Intentum quid sit.

veniunt Inventionis materia propriè adhuc non sunt. His prænotatis.

Partes Inventionis.

Ad ad Quæsitum 2dum. Inventionis materia seu partes communiter tres recensentur 1mo loco Propositionis illius simplicis (de qua præcedentes) invenire aliquam acutam, eruditam et non vulgarem. In hoc multum operæ ponit præsens Secalam quod Laudandum est, si cum dignitate gravis sit, et ab omni Levitate ejusmodi propositio vy Loco illius. S. Borgias ex funere convertitur. Dices eruditus. Occidentis Phœnicem vobis hodie demonstrabo, qui ex cinere renascitur. Sic loco illius Beatus Xaverius Patriam fugit, ut cœlum obtineret dici: Spectate Cursorem amoris, qui stadium æternitatis facili passu emensus est etc. Loco illius fugere vitium Laudabile est. acutius dices: Ostendam quod non sola pugna sed etiam fuga pareat Laureas et triumphos. Vitium fugisti in arena Victores dici Tales Propositiones fiunt communiter, per Allegoriam, prout prima, vel per Allusionem ad Historiam, aut Eruditionem prout 2da, vel per Contraposita prout 3tia. Vel revocantur Theses ad Hypothesin id est Propositiones a suis circumstantijs abstrahuntur, et transferuntur in Universales vy loco illius Christus sedit supra puteum. melioren formabis si dicere Nullibi avarius requiescit Christus quam super aquas, quod deinde de Lachrimis pœnitentis probes. Vi vides Puteum esse locum particularem, certum contentum significare et nonnisi obviam efficere Propositionem. aquas vero esse quid Genericum et communem efficereq Propositionem primo intuitu non obviam nec vulgarem. Sed de his commodior tractandi locus erit ubi de Propositione, Inter partes Orationis. Nunc nos te sufficiat, quo ordine Orator in functione Rhetoricâ et Partibus Eloquentiæ procedere debeat.

Nota Inveniendæ Propositionis varios esse fontes, ex quibus argutia et conceptus deducantur 1mo Natura id est celeres animi motus, seu promptum ingenium præsertim arte adjutum. 2do Eruditio varia 3tio planè fœcunda mater et nutrix est Inventionis, acquiritur autem lectione et annotatione Historiarum selectarum. Apologorum, consuetudinum inter gentes, Parabolarum, Adagiorum, Paremiarum Symbolorum, Ænigmatum, Hieroglyphicorum, Emblematum, Inscriptionum, Politicarum et moralium sententiarum etc. Ex tali eruditionis

apparatu

apparatu, facile occurret, in qvavis re ingeniosa et expectata seu arguta Propositio circa qvam discurre possis, alludendo ad consuetudines Gentium, Paremias, Similitudines etc. Prout trad. solet in Poësi de sentibus acuminum.

Secundum Inventionis munus est, formatâ Propositione competente, Invenire argumenta id est rationes seu confirmationes qvibus Propositio probetur, demonstretur, stabiliatur fideng faciat. Nam Propositio cum sit Scopus et Meta in qvam collimet Orator, debet ipse invenire media, qvibus ad illam perveniat, eamq volut sagittâ obtineat et tangat, et hæc media sunt ipsa argumenta, seu rationes Inventæ qvibus persuasibile, id redditur, qvod in Qvestione seu in Propositione est. Et in hoc potissimum consistit Inventio. Nam si assumptam materiam seu Propositionem non bene probes; dicetur illud tibi Horatij in arte Poëtica.

Amphora coepit
Institui, Currente rota, cur Urceg exit.

Unde illud memoria tenendum.

Et aliqvid qvo tendis et in qvod dirigis arcum.
An pulsum inseqveris cervos testâve lutove.

Nota Definitio Inventionis superius data, maxime imo tota hanc partem respicit, scilicet Inventionem argumentorum. Præcipuum enim munus Inventionis hoc est. Potest enim verò Propositio simplicissima et obvia sæpenumero assumi, qvæ non admodum pendeant ab Inventione argumenta, qvibq probabitur omino alter petenda.

Argumenta q sit.

Colligo argumentum, in Genere nihil aliud est, qvod Oratores, qvam ratio seu causa probandæ Propositionis; Vera aut Similis. id est. Evidens aut certa aut saltem probabilis aut appetenter vera. Argumenta certa, aut vera, evidentia, prorsus convincunt, et causant assensum minimè dubium eg Petrus non est lapis, qvia est rationis particeps, Argumenta probabilia duntaxat, et tantummodo appetenter vera, assensum causant similem, id est probabilem, et non omnimodè firmum eg Petrus nocte visus per Platam ire. Ergo hoc illud fecit.

Qværes 3tio Unde desummantur argumenta, id est, Unde petantur rationes, qvarum vi et pondere, Propositio persuasibilis reddatur, sufficienterq probetur? Dialectici et Rhetores certas provincias habent, ex qvibus auxiliares has copias

provent et facilime earum animos expurgant, et in quam partem libuerit trahant captivos. Vocantur autem Loci Dialectici, item Loci Rhetorici.

Nota Locus in genere hic apud Rhetores nihil aliud est, quam id unde ad Propositam Quæstionem competens deducitur argumentum. In particulari, vocant sedes argumentorum, receptacula aut fodinæ rationum, ad omne genus Propositionis probandum. Quemadmodum enim Dux bonus, ad belicos usus, omnem armaturam perfectam id est Panoplian suam ex armamentario deprompsit. Sic Orator ex suis fontibus argumenta, velut certissima jacula, ad devincendos auditorum animos, persvadendumq; intentum suum profert et edidit.

Loci Dialectici

Quæres qto Loci sint Loci Rhetorici et Quot quales & Duplices sunt. Intrinseci et Extrinseci. Loci Dialectici. Intrinseci sunt illi, qui ex ipsa rei natura rei eruuntur, præbentq; argumentum bonum, cum e connexissimum aptum ad persvadendum. Tales sunt Sequentes. Definitio, Partium Enumeratio Notatio, Conjugata, Genus, Forma, Similitudo, Differentia, Contraria, Adjuncta rei, Antecedentia, Consequentia, Repugnantia, Causæ, Effecta, Comparationes. Alij sunt Extrinseci. non ex ipsa natura rei desumpti, tanquam naturalem connexionem habentes, aut proportionem, sed aliunde ab Extrinseco. Tales sunt, Præjudicia, Fama, Tormenta Tabulæ, Jusjurandum et Testes. de his per sequentia capita tractabitur.

3tium munus Inventionis est excogitare motus et affectus idoneos, ad persvadendum aptos figuris et modis loquendi, sed de his commodius infra, nunc ad Inventionem argumentorum revertamur.

CAPVT 3tium.

De primo loco Dialectico seu definitione

Supponamus quemvis Rhetoricæ candidatum in quæcunq; materia, quæ in discursum venit, scire formare Propositionem simplicem, quæ nihil aliud est, quam Oratio in qua aliquid de aliquo dicitur seu pronunciatur vg Deus est immensus. Homines et leges Docti sunt promovendi, Hospes salutandus, in dignitate constitutis gratulandum. Tales propositiones obviæ sunt et ipsa materia (de qua discursus est) ~~egent nihil animo probatione~~. occurrunt, quæ ideo simplices dicuntur, quod speculationis nihil habeant (de authoribus suo loco) egent nihilominus probatione, si persvadere velis Rhetorice, id est ornatè et aptè discurrere, ad permovendos hominum animos.

Cum ita omne

cumq; ita omne pondus, quo mens humana trahitur, et ad assensum inclinatur pveniat a Conargumento seu ratione, fontes argumentorum jam reseramus.

Quæres 1mo. quid sit Definitio? R. Est Oratio naturam rei explicans per genus et Differentiam. Vel brevius. Definitio est ipsa rei explicatio. Hæc explicatio verum fit per aliquod Prædicatum, seu nomen commune, vi cujus convenit res cum alijs et hoc vocatur Genus vg. Definienda est Rhetorica, dico Rhetorica est ARS. item per Prædicatum, aliud Particulare seu nomen Differentiale, vi cujus res Definita ab alijs differat et distinguatur. R. hoc vocatur Differentia vg Rhetorica est ARS benedicendi, per ly ARS convenit, Rhetorica cum Dialectica, Musica, Geometria, cæteris q; artibus, quæ omnes hoc Prædicatum habent commune, quod dent certas Regulas aliquid faciendi. per ly benedicendi differt Rhetorica ab illis et speciale artē, seu certā speciē artiū constituit.

Nota primo Id quod definitur, scilicet Subjectum vocatur Definitum, ipsa verò explicatio ejusdem definitio dicitur, Nota 2do si alicujus hominis significationem explices, id quod explicandum impositum sit, vocatur Definitio Nominis Si verò alicujus Rei naturam explices; dicitur definitio Rei. Hic locus Dialecticus et Rhetoricus semper locum habet, dum quæritur Quid sit Res

Quæres 2do Quotuplex Definitio? R. in prima Divisione duplex est, Essentialis et Descriptiva. Definitio Essentialis est illa, quæ explicat naturam Rei per Prædicata Essentialia, seu Rei Intrinseca, quæ si solo intellectu concepta sint, nec a parte Rei distincta, vocatur Definitio Essentialis Metaphisica vg Homo est animal rationale, animalitas enim et rationalitas hominis sensibus non patent nec distincte sunt realiter, sed solo intellectu de hominis Essentia sumptā, concipiuntur, per quæ natura hominis in esse suo, cum cæteris animalibus convenire atq; differre intelligitur. Si verò pro Definitione alicujus Rei adferas Prædicata seu partes Rei, Essentiales Reales; dicetur Definitio Essentialis Physica vg Homo est compositum, ex anima et corpore, utrumq; hoc Prædicatum, scilicet: Corpus et anima de Essentia Physica et Reali hominis est. Corpus enim pro materiā, et Genere ponitur, animæ verò rationalis loco formæ seu Differentiæ. Homo verò ipsum compositum est, seu ipsum Totum, ex his partibus duabus, quarum earum deficiente, desinit esse Totum. seu Homo. Idcoq; Essentiales dicuntur, sine quibus res subsistere potest.

Descriptio quid sit.

Definitio Descriptiva quæ et Accidentalis dicitur, est illa quæ rem explicat per ea quæ explicat Essentiam, id est, per Passiones hoc est Proprietates, vg Homo est animal risibile, aut per Accidentia, ut Homo est animal bipes implume erectum. Cui Deus sublime dedit cœlumq; tueri jussit, et erectos ad sidera tollere vultus, Et hæ non tam Definitiones quam Descriptiones, appellantur.

Definitiones propriæ Dialecticæ

Nota Definitiones primi Generis scilicet Essentiales per Genus et Differentiam ut-cote rigorosè sumptæ apud Oratores in usu sunt, quia sunt pure-Dialecticæ, et non tam ad persuadendum, quàm ad cognoscendam rerum naturam utiles nec copiam magnam Rhetori præstant. Itaq; Oratores alio modo hanc tractant Locum Definitionis, scilicet minus stricte et ut plurimum per Descriptiones ad Interrogationem Quid Res Sit.

Descriptionum varietas

Quæres Ztiò quot modis fiant Definitiones. Descriptivæ apud Oratores? R multis ac variis quorum præcipui sunt sequentes.

Unus Modus Descriptionis seu Definitionis Descriptivæ fit per Causas.

Causa quid sit

Nota autem Causa Universalissimè sumpta nihil aliud est, quàm Principium alicujus, seu quod dat Esse alteri. Dividitur in Causam unam et Secundam. Causa una est, quæ omnibus dat Esse etiam ipsis Causis vim Causandi. nullamq; ante se habet aliam, et est Solus Deus, qui omnia operatur in omnibus et cum omnibus. Causa secunda est omnis alia, quæcunq; aliquid et quocunq; modo producat. Talium Causarum Genus quadruplex est. Una rerum Causa Intelligit Creatarum Etq; materialium etiã) et Materia ex qua aliquid fit, et sine, qua nihil potest effici a creatura naturaliter vocatur Causa Materialis. Zda est Opifex vocatur Causa Efficiens Ztia est Forma operis, quæ operi imponitur, et a qua opus distinguitur nomen ac dignitatem acquisit vocatur Formalis. 4ta est propositum totius operis Finis et Intentum, vocaturq; Causa Finalis. Quadruplex hoc Causæ Genus Senecæ p. 65. Sequenti Exemplo elucidat.

Quadruplices Causæ

Æs prima Statuæ Causa est, nunquam enim facta est nisi fuisset id ex quo funderetur. Zda est Artifex, non potuisset enim æs illud Statuæ signari nisi accessisset perita manus. Ztia est Forma, neq; enim illa statua Hermetis vocaretur, nisi hæc illi esset impressa facies et Forma. 4ta est faciendi Propositum nam nisi Intentum hoc fuisset, Statua facta non esset. Propositum itaq; seu Intentum est illud quod incitavit artificem ut faceret vg vel pecuniæ

si vendibum

si venditurus fabricavit. Vel gloria si laboravit in bonum nomen. Vel religio. si domū templo paravit etc.

Collige. Definire rem aliquam per causas, et Rhetorice illam explicare, unde fluat, cujus Effectus sit, Ex qua Materia, sub qua Forma et Specie, ex qua Intentione seu Fine producta. Per has quatuor causas hominem sic Definies vg Homo est eximium opus Divinis efformatum manibus, a primo et summo omnium rerum opifice Deo productū Corpore, mortali fragili et luteo constans ex limo terræ formatum — Rationali animā Divinæ imaginem Majestatis referens, usq; pollens rationis — ad beatitudinem et immortalitatem natum ac productum. Similes Definitiones seu Descriptiones passim in Authoribus leges in Patris Cypriani Eloquentia, de Scriptionum tractata et &c aliis frequentissimas ex causa Materiali, id est ex eo, quo res constant Intelliguntur hæ quatuor causæ ex sequentibus particulis seu notis vg Efficiens denotatur per particulam at quo Materialis Ex quo Formalis Quo Formalis scilicet ad quid res facta sit. Sic Homo factus a Deo, ex limo terræ, constat anima spirituali, ad beatitudinem ultimam formatus. Definitio homines ex causis.

2dus Modus Definitionis fit per Effecta scilicet, quando ad interrogationem Quid res sit. illius Effectus enumeras, hic modus frequentissimum usum habet apud utriusq; Eloquentiæ Authores soluta inquam et Ligata. Sic describit Horatius Epist. 6 Obrietatem Quid non ebrietas designat, aperta recludit, spes jubet esse ratas ad prælia trudit inermem, sollicitis animis onus eximit addocet artes, fœcundi calices quem non fecere disertum, contracta quem non in pauperie solutum. 2dus Modus Obrietas.

Idem Satyra 3tia divitias hoc modo per Effectus notat. et describit. Divitiæ quid possint.

Omnis enim res
Virtus, fama, decus, divina humanaq; pulchris
Divitiis parent, quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, justus, sapiens, etiam et Rex
Et quidquid volet, hic veluti victore paratum
Speravit magnæ laudi fore etc

Pater Bisselius in sua Italia mundum ab Effectis sic describit. Mundy quid sit.

Terra quid est, nisi fax nisi magnus carcer et amplu
Fabrica sentinæ spissatq; sordē vorago?

Tædet in hanc oculos convertere tædet acerbos.
Inficere obtutus. etc

Insignem Definitionem Peccati partim per Effectus per causas, factam habes in Latio Eloquentiæ Patrum Societatis Moguntiæ edito Lect. 2da punct. 2da de Inventione

Peccatum quid sit

Quid est Peccatum, aut quæ tandem illius causa? Naturam non habet, Quæ et ratio? caret omni ratione. Quæ substantia? ne quidem in rerum natura tolerenipe test. Nihil igitur est Peccatum. At cum nihil sit de eo tamen multa dici possunt. Peccatū pestis est animi, conscientiæ labes, vitæ pernicies, hominis macula, ruina virtutum morborum parens, dolorum artifex, summa malorum.

Ebrietas.

Divus Ambrosius multa de peccato, specialiter hoc de Ebrietate subjungit. Ebrietas fomentum libidinis, Ebrietas incentivum insaniæ, venenum sapientiæ, hæc sensy hominum immutat, hæc. etc

Gaudij descriptio

Effectus Gaudij quidem sic exaggerat, Gaudium est quoddam silentium affectus, quædam modestia ambitionis, quoddam claustrum cupiditatis, quidem strenuus jam considentis affectus, quoddam sine fastidio epulum cordis, quædam præda voluntatis mors desiderij, avaritiæ limes, quædam adæquatio amoris, et rei amatæ, societas uolutatis, et ejus quod optabat quidam affectus desiderii, præsentia cupiti, occursus quæsiti, complexus boni. Denique Gaudium est quoddam satis.

Patientia

Patientiam quidam hoc modo describit ab Effectis Omne momentum tranquillitatis Patientia est. Magnum Quis sacramentum securitatis. ara. Præco et pronuncia felicitatis, nihil magis contingens, quam pati nihil magis necessarium Patientiâ, Recte omnium humanorum malorum medicamen est, quo velut dictamno expellimus aciem, Aper hederam suam habet, Draco silvestrem lactucam, angvis marathrum, alijs propria membra medela sunt, cani lingva, balsamum est vulnerato etiã Hominibus universale Pharmacum silentium et Patientia. Vitæ humanæ primitiæ fletus est. primi flores lachrimæ, ne desinat auspicia. Non enim nascitur homo quam patitur, et cum hic primum lucis tributum sit, si per reliquas ætates pensanda sint, hæc vestigia miseriæ, Quæ ferat adulty, quid tulit puer, quod infans non detestatus non pudeat conscientionis suæ,

Bbij Modo

3tius Modus Definiendi Rhetoricè est Res describere per Adjuncta et Proprietates, item Accidentia etc. Habet hic modus aliquam partem cum priore, differunt nihilominus in hoc, quod Effectus dicantur per ordinem ad causam (quocunq; illa sit, a qua procedant profluant, producantur et: Proprietates vero et Accidentia, licet quodammodo effectus quidam sint. dicunt tamen ordinem directè non ad Causam, sed ad Suum Subjectum in quo sunt quod ordinant et: Cæterùm Adjuncta patebunt infra, ubi de illi specialiùs tractabit. Hic solùm quatenus per modum Subjectionis adferunt ad interrogationem quid Res sit. Differentia Effectuum ab Adjunctis

Ex proprietatibus bonum Oratorem per hunc modum sic definies. Quid sit Orator bonus quæris? animorum triumphator est, ingeniosus inventor rerum, inventarum penitus dispositor dispositorum facundus perorator. Vis plura. Orator bonus motor cordium, victor mentium est; ille qui cum incitata profert, sublimiat, cum remissa narrat, allicit, omnia in pondere mensurat, nobilissime Concludit. Orator est qui læta jucunde, tristia graviter pugnantia dense, densata glomeratim evolvit, enodat facundissimè explicat. Vis forensis dictionis Principem? da illum qui par Herculi, quo nemo ad movendum fortior, da monstrorum domitorem (vitia intelige) quo ad persvadendum non facilè felicior, In tali sanè suptilitatem Tecidis suavitatem Herodoti, vim Demosthenis, accuratissimè expressam apprehendas. Proprietates boni Oratoris.

Ciceronem in particulari Laudat Quintilianus per hunc locum lib. 10. cap. 1mo Cum se totum ad imitationem Græcorum se contulisset, effinxit vim Demosthenis copiam Platonis, jucunditatem Isocratis. nec vero quod in quoq; optimum fuit, studio consecutq; est tantum; sed plurimas vel potius omnes ex se ipso virtutes (Ethesset immortalis ingenij beatissimâ ubertate. Non enim pluvias (ut ait Pindarus) aquas colligit sed vivo gurgite exundat, dono quodam providentiæ genitq; in quo tantas vires suas eloquentia experiretur. Unde non immerito ab hominibq; data tos suæ in animis regnare dictus est, apud posteros verò illud consecutq; ut Cicero non jam hominis sed Eloquentiæ Nomen habeatur. Isocratem Oratorem Cicero de claris Oratoribq; sic Laudat. Isocrates Doctor singularis, Pater Eloquentiæ. Unde suptilitatem Lysias, acumen Hyperides, sonitum Æschines vim mo Ciceronis Oratorius.

vendi Demosthenes habuit. summam in persuadendo suavitatem Socrates. Stirc non immerito Attica Syren, magisterq Rhetorum meruit appellari.

Voluptas

Voluptas a Progenitatibus suis sic definiri potest. Voluptas quod est? Teterrimum monstrum est, ex inferorum claustris emissum, facem ardentem preferens, qua in mortalium, pectoribus flammas accendat, viciorum spargit venena, quibus hominum animos inficiat, vibrat tela quibus confodiat, dona destinat, quibus incautos medijs in amplexibus confodiat etc: Divus Ambrosius lib 2tio Exasm. cap. 5 varias ejusmodi Definitiones seu descriptiones accumulat vg Mare hospitium fluminum, fons imbrium, derivatio aluvionum, inventio comeatuum, quo sibi distantes populi copulantur, quo

Mare

precliorum removentur pericula, quo barbaricus furor clauditur, subsidium in necessitatibus, refugium in periculis itineris compendium, transfugium laborantium, subsidium vertigalium, sterilitatis alimentum.

Mundus
Sol
Luna.

Hec pertinet et sequens: Mundus est eternus circuitus, spectabilis supellex multiformis firmatio, eternus tenor, anfractus sine errore. Sol oculi mundi est, diei ornatus, distributor horarum, splendor sine occasu. Luna coeli purpura, solis emula, solamen iter agentium, directio navigantium, prevagium tempestatum.

Terra
Homo
Mulier
Paupertas

Terra basis coeli, meditullium mundi, fructuum mater et custos, operculum inferorum, nascentium genitrix, nutrix viventium. Homo mens in carne, spectrum temporis, speculator vite, manipium mortis, transiens viator, anima laboriosa. Mulier insaturabilis bellua, homini pernicies, concinna solicitudo, pugna nunquam desinens, continentie naufragium. Paupertas bonum odiosum, sanitatis mater curarum exilium repertrix sapientie, negotium sine damno, possessio absq calumnia, absq solicitudine felicitas.

Senectus. Verbum
Oculi.

Senectus mors viventium. Verbum proditor animi. Oculi duces corporis, vasa luminis, indices mentis.

Alius modus definiendi Rhetorice est per Similitudines. Hic tamen hoc loco per modum Allegorie adhibentur, ut distinguatur a speciali loco Dialectico Similium de quibus infra. Definimq autem res per similitudinem maxime, quando id quod definiendum est aliunde utiusq notum est. Similitudines enim rem in alio quasi in speculo representant, et non tam ad pro-

Vendum quan

bandum quàm ad delectandum adhibentur. Quid verò sit Similitudo, et quomodo tractanda, quomodo transeat in Metaphoram, aut Allegoriam, suppono cuivis sat notum, ex Troporum explicatione.

Per hunc modum Aeternitatem sic definies. Aeternitatem si consideres, quid de illa explicabis, quod inexplicabile? si quid de illa dicere debeam; dicam ea quo eam non tam agnoscas, quàm minùs ignores. Illud sanè quod finem non habet, quod semper duraturum est aeternitas; Illa immensus Oceanus est, cujus fundum scrutari perspicax non facile praesumpserit. Abyssus obscurissima est, in qua totius lectus hominis submergitur. Intricatus Labyrinthus est, in quem quocunq; locum introierit, exire haud potest. Est perpetuum praesens, quod caret praeterito et futuro. Est continuus Circulus, cujus centrum in qualibet parte, circumferentia in nulla. Est magnus annus qui semper in principio est, et terminum non novit. Est illud quod nunquam potest comprehendi, apprehenditur autem semper. Aeternitas.

Aulam Praesertim Dissolutam sic definies. Est domicilium tenebrarum, Vbi plurimos inter splendores, continua nox est, ubi inter gemmarum ac unionum sidera, rarò coelum conspicitur, est molendinum semper obstrepens, diu noctuq; quietem eliminans in quo inclusi Ixiphii ad molam condemnati, diu omnis generis curas versant, ipsarum molem, salutis negotium leviter ferunt. Est carcer servorum, in quo aureis ligati compedibus, liberae animae in speciosa servitute sunt. Est Agon, in quo Lactatores pro praemio fumos, pro termino praecipitium amant. Est Domus fatuarum circes, in qua venias in formas transformati, silvestrium animalium formas induunt. Aula.

Mentem inquietam. S. Chrisostomus hom. 9to hom 2q sic describit. Mens irati hominis, forum plenum tumultu, ubi multi cantium et redeuntium clamor est Camelorum ac asinorum fremitu. Econtra Mens tranquilla quid est? Vertex quis piam montis, qui clementiorem coeli aulam natu, purus Solis radios, limpidas fontium scaturigines, multasq; florum amoenitates exhibet. Vita innocens. Hortus deliciarum, Castitatis lilijs, humilitatis violis, purpureis amoris rosis amoris divini fragrans. Ambitio est fatale malum, secretum virus, doli artifex, mater hypocrisis, livoris parens, vitiorum origo, Tinea sanctitatis. Haec refert ea, quae Mens inquieta. Mens tranquilla. Vita innocens Ambitio

de Similitudine sub Allegoria explicata sunt

Sty Modg — Sextus Modus Definitionis Rhetoricæ est per Negationem; scilicet: quando ad interrogationem Quid res sit? non respondemus directè, vg ex Prædicatis ejus, sed per ea, quid non sit. Vsitatq hic modg in Authoribg est vg Quæris quid sit Libertas dico. Nulli rei servire, nulli subesse, nulla necessitate premi, nullis vanitg studiis etc

Libertas

Definitio Dei. Pulchra illa Definitio Dei per Negationes, a Maximo Tyrio facta, in Oratione sua de Deo. Pulchrum Deum dicam, et pulchrorum omnium pulcherrimum, non quidem pulchrum corpus, sed unde ~~est~~ pulchritudo in corpora manat. Non pulchrum gratum, sed unde et grata, annis et mare, cœlum ipsum, cœlestesq incolæ pulchritudinem accipiunt. Non. etc. Vide plura de hoc in Patris Lacinæ Eloquentia sacra de Inventione cap. 22.

Aternitas. Item Aternitas quid est. Non est tempus nec pars temporis, quia tempg et ejus partes præterent, manet æternitas. Non est habitus, quia hic intenditur vel remittitur, at æternitas semper integra suo in vigore, præmia vel pœnas perpetuo dispensat. Æternitas est incommutabilitas, incorruptabilitas, rerum immortalitas.

Sextus Modus Definitionis Rhetoricæ est per Partes Rei si videlicet ad interrogationem Quid Res sit respondemg ex Partibg ejus illam describendo vg Heros eum insignem. Duce est animo, miles manug consilio Senator, viribg Athlas, Pectore Patriæ murus (vel Allegorice) Vlisses consilio, Achilles manu. robore invictg Athlas aut Hercules. Carolus Imperator illum exercitum fortissimum definivit. In quo cum esset Italus, pectus Germanus, brachia Hispanq, manus Gallq. Ovidius Solis Palatium sic definivit:

Heros

Exercitg Caroli Imperatoris.

Palatiū Solis

Regia Solis erat sublimibg alta columnis
Clara micante auro, flammasq imitante Pyropo
Cujus ebur nitidum fastigia summa tegebat
Argenti bifores radiabant lumine valvæ.
Materiam superabat opg. etc

Hic modus cum coincidat cum altero loco Dialectico. Scilicet Partium Enumerationi non moror his fusius, patebit hic infra.

Vltimus Modus Definiendi Rhetoricè est per contraria vg si sensg quispiam objectionem contineat alter respondens diluat. vg Petrus dissolutg studiosg, sic dicet

Vltimus Modg Studiosq dissolutq

illum vt

illumne bonum studiosum dexeris, quem frequentius civile forum auditorem, quàm erudita sapientiæ mater artium spectat universitas? quem otium enervat potiùs, quàm studiosa roboret industria, studij osorem, pietatis eversorem, non Palladis alumnum hunc nominaverò, Bonus et diligens, non istis intenty studijs, novit ponderare momenta temporis, cujus nulla pars efflucat, quo non in sapientiæ aream uberrimos fructy inferat. etc:

Hi modi definiendi omnes summuntur ex alijs locis Dialecticis, et per diversos respectos, jam Definitis Oratoria, jam specialis et separatus locus Dialecticus suat ut patebit infrà.

Definiunt præterea Rhetores per Comparationes unum alteri præferendo per excessum, aut minuendo infra aliud per Defectum. vg Peccatum mortale quid est? Omni detrimento perniciosius, omni monstro fœdiùs, omni ignominia turpius. Sic Nero Tyrannus, sævitior tigride, immundiorus, venenatior Basilisco, leone truculentior.

Sunt et alij modi definiendi Rhetoricè, per Varias figuras, Ironiam, Synonimiam, et alios quæ tamen parum difficultatis habent, moram exigunt. Variarumrerum descriptiones invenies (quas ad hos modos referre potens) in Patre Caussino. lib 4to cap 26. Item Hominis, Deorum statuarum, Florum, Virtutum, Vitiorum, et Simulacrum in ipsig lib 22. in Characteribus Epidicticis. Vbi ex variis Græcis Authoribus collegit et in Lucem dedit. Item breviores descriptiunculas, variarumrerum habes apud Patre Radam. qui satis obvig part. 2. cap. 2. Quæst. 2da. breves et claras.

Nota hic pulchrum genus Descriptionum Rhetoricarum esse illud, quod vocant Rationes conglobatas. Quando eiusmodi aliquid vel Antonomastice describitur vel etiam per varios titulos Laudis ad interrogationem Quid exquiritur. vg Si quæras quid sit Tribunal. Forum est æquitatis, subsellium justitiæ, Sanctitatis templum, honore sacrosanctum potestate amplissimum, curia purpuratorum. Definitiones conglobatæ Tribunal

Princeps genus Deorum effigies, imago Majestatis, subditorum tutor, amor Civium, hostium terror, assertor libertatis, virtutum idea, anima Legum, Pater universorum. Item Dirictas flagitiorum mater, vitiorum nutrix, subverso sensy, tempestas linguæ, procella corporis, naufragium pudoris, amissio temporis, voluptuaria insania, venenum dulce, suave peccatum, blandy Dæmon. Roma. Terrestre Dei domicilium, arx fidei, caput Religionis, fidei ara etc. Regis Princeps Dirictas, Roma.

Coelum. Per has Definitiones coelum sic describes. Attolle vultum in illam Sanctitatis Metropolim, quo rapit desidere Majestatis amplitudo, aguem animum, quamnec oculus sectator vidit, nec auris Judicis percepit, nec imaginantis vis ac spatia Solis Lunae, semitas, cor hominum comprehendit. Intuere rerum superiorum illam basim, cum tempore infinitam, cum splendore Majestatico, cum duratione perpetuam. Conspice sedem Divinitatis, et infinitae gloriae, immensam illam aulam, in qua chorea temporum peragitur, incirum scripta habitat felicitas. Coelum hoc est, Coelum Patria, meritorum promissio, domicilium beatorum, est immobile quidem, in continuo tamen motu est. diversis de apparens, Solem non mutans, rapidum volvitur et in se redit, sinu suo comprehendens omnia, quo comprehendatur non invenit, fluit influxu in inferiora, merita non examinat, donat semper, donec nunquam accipit, praesens omnium aspectui, remotissimum intuentibus ad omnibus, celeritur magnum, in erraticis sideribus, et nunquam a linea recti deviat.

Usus practicus Definitionis.

Petiturus argumentum a Definitionis loco, ad probandam rem aliquam considerandi sunt sequentia. Imo Materia bene intelligenda, de qua scripturus vg Avaritia dedecet. 2do formanda Propositio, simplex circa Materiam propositam vg Avaritia rationalem naturam dedecet. 3tio formationis formatae Subjectum aut Praedicatum (quod aptius videtur) definies, ex aliquo modo de supradicto vg Propositionis formatae Subjectum. Quaere quid sit Avaritia? R. Inexplebilis auri sitis 4to Definitionem hanc Subjecti, conjunge cum Praedicato propositionis suppraedictae vg Inexplebilis auri sitis humanam et rationalem naturam dedecet. et habes Antecedens. Consequens sequitur suapte natura vg Ergo Avaritia humanam naturam dedecet. Antecedens est Definitio. Consequentis Subjectum est Definitum. Ecce Enthymema facile transit in Syllogismum; si Subjectum Consequentis ponas pro Minore addita particula Sed Conclusio per se sequitur.

Averte ut

Advertè vt benè Definitum sit Subjectum Propositionis, debet verificari hæc Regula, Quidquid convenit Definitioni, convenit etiam Definito et econtrà. Id est quodquod dici vel negari potest de explebili alicui, idem dici potest de Avaritia.

Clarius in Praxi, Vis Laudare justum quod placeat Deo. fac Propositionem Justus Deo placet. Definiatur Subjectum. Tribuens unicuiq; quod suum est. formetur Syllogismus ex hac Propositione deductâ, per Locum Dialecticum Definitionis. vg Major Qui tribuit unicuiq; quod suum est. Deo placet. Sed homo justus unicuiq; quod suum est tribuit. Ergo Deo placet. Hoc habito procede ad opus Rhetoricum.

Praxis

Qui præmia mentis poenam delictis, Gloriam Deo, æquali honorem, inferiori humanitatis obsequia vero defert. Qui denique aliena non sibi vendicat, verum non modo quod cuiq; proprium est, in integro inviolatum relinquit etiam Deo placere, nemo est qui in dubium revocet. Hæc justi hominis officia sunt, qui non accipere, quæ alieno sudore parta sunt, non ad se trahere novit, quæ suis conatibus scivit nusquam esse collecta. Relinquit gazas suas egentibus, divitibus prædia non erripit, thesauris alienis inhiare ignorat, unicuiq; in suo esse bona conservari avidè libentissimè. Ergo quis favore Destitutum Numinis, hunc dicere audeat, quis non cœlo gratum, supernisq; acceptum feret. etc

Si in aliqua Propositione convenienter definiri potest Prædicatum, attende ad illam Regulam. cui tribuitur Definitio, tribuitur etiam Definitum, et econtra. vg Sit Propositio probanda. Rhetorica est ars; Definias artem, et tribue Definitionem Rhetoricæ. vg Rhetorica est habitus efficiendi aliquid cum certâ ratione. Ergo Rhetorica est ars. Nam cui Ars nihil aliud est, quam habitus cum certâ ratione factivus. quod bene Rhetoricæ tribuitur. Ergo est ratio artis.

Si Definiendum est rationis Subjectum et Prædicatum Attende ad illam Regulam. Si Definitio Definitioni convenit, Definitum convenit Definito et econtra vg sit Propositio: Rhetorica non est Sapientia. Si velis Definire Subjectum tantùm Vis Ars bene dicendi non est Sapientia. Cui est rerum humanarum Divinarumq; Cognitio. Ergo Rhetorica non est Sapientia. Vbi vides quod Definitio Definitioni

conveniat, ideoq Definitum a Definito non disconvenit. Nam quodquod dicitur de Sapientia; idem dici debet de Divinarum humanarumq cognitione rerum. Et vicissim quid-quid dicitur de Rhetorica, idem de arte benedicendi sentiendum, et patet Rhetorica chazima seu Regula.

Adverte in his et similibus Definitionibus attendendum esse ne temere materiam propositam definias præsertim si Allegorice id facere velis, aut ex modo similium; sed considerandum quid maxime propositæ rei quadret, quod pluribus in proprietatibus congruat, quod effectibus clarioribus applicari possit.

Praxis

Pater Sarbievius quondam Vitæ in Academia Legem Poloniæ Vladislaum IV salutaturus, cum in ejus præsentia Doctorali Lauru coronaretur talem formavit Propositionem. Ad præsentiam Regis omnes in plausus animantur.

Hujus Propositionis Subjectum scilicet præsentiam Regis definivit per similitudinem, comparando Legem cum Sole ab effectis illius. Prodit Propositio Tali vt definitionis. Rex Sol est Reip. et regni, Ergo ad illius præsentiam omnes in plausus animantur. Hoc Enthymema in Syllogismum formetur, Et per effectus Solis, Qui sunt calor, lux, influxus, varij in inferiora, nam Sol in montibus aurum exsuscitat aliaq metalla, terram scat, alia indurat, alia liquefacit, Rex Allegorice deprædicet. Elocutio Rhetorica est sequens

Praxis Salutatoria Vladislai

Comparatio Regis cum Sole, per effectus

In hac mortali vita caligine Vladislae Regum serenissime, Duos ego mihi sed Serenissimos Legem et Solem. Duos dixi, Geminos dicere debueram, aut potiq Germanos et luce nascentis et genio beneficentiæ fratres. Vt enim Sol Rex Siderum est, sic Rex, Sol populorum est. Et verè uterq salutari propitioq calore, illa tantum fovet, quæcunq ab alto prospicit. Spectare ab illis est crescere. Tutus ille beneficentiæ fons et scaturigo patet in oculis, Nam vt Solis oculus fruges, et in herbam humi repertam, a terra effert, ita Regis aspectus attollit jacentes animos etsi consideravit hic non nemo, et æternæ gratitudinis Legi suo verè Christianam affinxit Symbolum Nimirum: Sub altissimo Solis aspectu humilia, sed omni florum copositam valle adscripto ei Ore Deipara laudate. Quia respexit humilitatem unde enim in valle candida lilia, cærulea viola, purpurascentes rosæ, nisi a Lucidissimo Solis oculo

cujq assiq.

cujus officio colorare est. Licet mihi Vladislae Regum sapientissime alienum Symbolum domi meæ affigere: minima hæc Societas nostra, quam ex totâ Lythuania collectam vides: Pallis est, et sui Submissione, et reverentiâ tibi nominis humillima. Colores hos cæruleos et candidos, quod in Patribus Academicis vides: ne mireris hos Serenissimi Majorum tuorum oculi produxere. Tu primus et Regum clementissimus, eosdem adhuc vicino fulgore tua Majestatis profundis et ornas. Quia respexisti humilitatem Ducum quos hodiernâ die addis colores purpureum et aureum, aureum in manu, purpureum in vultu. Ita enim verecunda oris mei purpura è cœlesti hoc vultu prodit. Quia respexisti humilitatem. Vive jam Regum Serenissime, et Majestate tua, quam minime Religioni, quam Academiæ, quam mihi in utroq minimo indulges, diu regna tua diu spes populorum opes sustenta, serenissimq vultu tuus ita fulgeat diu, ut semper ortum teneat nunquam occasum pertimescat.

Praxis altera

Ex definitione effectum. Propositio. Oratori bono debetur palma. Ratio Quia animorum triumphator est. Dispositio Syllogistica. Victori sua debentur præmia, palmæ et Laureæ. Ratio Majoris. Nam Laboni mercedes meriti sua respondent præmia minor. Sed Orator bonus animorum victor est. ratio minoris Quia quod in bellis machinæ ad expugnationem urbium. Hoc in flectendis animis valet facundia. Ergo Oratori bono et:

Praxis ratione

Victori debentur Laurea.

Laboni merces debetur,

Exornationis impetus. Victrices palmæ, coronæq Laureæ triumphantium sunt. decora. Aud. His, ab infers ad superos emersit insignitus Hercules, His Cæsar Capitolium adijt. His stipatus Pompejus, nominis sui famam in ultimas, quæ ardentissimis bellicæ virtutis radijs orbem accendit universum. Profectò grata laboris merces, dulce meritorum præmium, quando triumphales circundata tempora Lauri, post defatigationis quietem, post exantlati Laboris sudores, optatâ viridi sub palma explicat refrigeria. Horum ex numero optimq, quisq mihi Oratorum censendus est, tanto gloriosior triumphator, quanto nobilior de animis victoria est. Cedunt sæpenumero Victori sub gladio, coronæ cum sceptris incertæ ac dubia spolia. animos ubi expugnasti, securum in manu regnum. Exhauriuntur et hi in suaves compedes, non sine machinis, quas tamen non alia vis aut potestas, quam lingua fa-

saurdia extruit; Hac una, magnete potentius ferreas mentes orator attrahit, hac ictus auro, securiq; tenet attrectos hac etc: Quare si nectis Oratus Victori in premia palmas, ac Lauros; optime dentur Oratori. etc.

Praxis 3tia

Votum pro Rege externo. Propositio. Rex Alterus eligendus. Latio quia omnibus equalis, non magis uni quam alteri, ejusmodi additu est. Communis hac Dispositio ex loco Definitionis procedet, si rationem datam ex loco Similium aut Effectum aut etc: deductam ordinavenis q Rex Soli similis esse debet, qui omnibus idem, equaliter omnes respicit. Minor. Sed talis Rex, non nisi Externus est. Ergo externus eligendus etc.

Elocutio

Votum pro Rege externo

Reges regnorum Soles sunt Aud. et hoc ex magni Regis effato discimus, quo triumphator Macedo Dario ex equo regnum partiri volenti in hac verba respondit Nec terra duos Soles, nec Asia duos Reges patitur. Atq; Rex Phoebo est lucere debet, ut spectetur ab omnibus, influere ut desit nulli. At quem Diastum talem dabitis (id et nobiscum) qui ex equo notos inter atq; ignotos, summos ac infimos, influentias suas dispenset, et non potius amicorum suorum duntaxat areas sereno illustret, Quem inquam dabitis, qui circumstantium nubium densitate non obscuratus etiam longe positas Platanos, humilesq; myricas, calore foveat recreet influxu: qui cui sere, et de ultimis terre finibus precium ejus. Quare benignissimis his influxibus lucis et calore, universam Reipu recreari vultis, despici neminem, omnes respici desideratis; Externum eligite, illius hereditaria dos, favere omnibus, prodesse cunctis neminiq; obesse indubitatum est etc:

Praxis 4ta.

Votum pro Marescalcho ab ipsius fortitudine et dexteritate in regendo. Dispositio. Reipu consessus, consiliorum orbita; terrestre coelum est, unde influxus in inferiora, cujus directores et presides primae magnitudinis astra aut semideos Hercules et Athlantes esse debent. Hoc promittit Dominii N. N et dexteritas. Ergo hic unus est sublimandus.

Amplificatio

Amplificatio

Votum pro Sha-
rescacho, a fortitu-
dine et dexteritate

Magnum illud ruinosi Eloquentiæ nomen Emanuel Thesaurus, cœlum abtersi-
culei et Athlante sustentatum, politicâ hac Ostentavit maximâ. Magna negotia ma-
nis adjutoribq indigent. N.N. Profectò terrestre cœlum, consiliorum Lucro orbitam, fa-
candissimis influxibq Patriam beari desideratis. Illustrant hoc tot splendidissima sidera
quot meritorum Vestrorum decora, illustri hac in rotâ radiare conspicuo. Verùm ingru-
entibq Reip. tenebris, cæcisq nubibus primæ magnitudinis sidus deesse facilè animad-
vertetis, ubi vacante primo subsellio, seu primo mobili a via deflectere et vel cum læsi-
ne invehere confusionem promum est. Quare in tantâ negotiorum mole ac magnitudine
quotidie alia superalia sustollenda, si quispiam Hercules aut Athlas ut fulciat, si
quispiam planeta, ut cæteris clarius luceat, si motor qui promoveat, ordinesq secum
pulchro consensu trahat, eligendus est. Illa in fortitudine et magnitudine Do-
mi N.N. hæc in regendi ejus dexteritate clarig respiciuntur, hinc Removetis suf-
fragijs vestris, stabit invicta hæc moles, consilijq ipsig erecta, fortitudine, sustentata triumphabit.

CAPVT 2dum.

De Partium Enumeratione.

Partium Enumeratio 2dus locus Dialecticus est, per quem Totum quoddã
in suas partes tanquam in sua membra distribuitur. (Coincidit hic Locus cum Figura
Distributionis, de qua satis in explicatione Schematum, id est figuris sententiarum Scarij

Nota Partes in quas Totum aliquod dividitur, duplices sunt: aliæ sunt Inte-
grantes quæ Totum suum (cujus partes sunt) reddunt Integrum. Quarum una
vel alterâ deperdita. Res quidem in ratione Integri destruitur, in Esse tamen suo
seu Essentia manet vg Tales partes Integrantes sunt in homine, manus, oculi, pedes,
In domo, fundamentum, Parietes, pavimentum, tabulatum tectum &c. harum una
aut alterâ deperditâ dividitur quidem adhuc substantialiter et Essentialiter. Ho-
mo, Arbor, Domus, sed non Integraliter, quia aliquid ad Integritatem deest
vg si cæcus, sit, claudus etc.

Aliæ partes Totius alicujus sunt Essentiales, quarum aliquam consti-

tuant in suo esse. quarum vid dicet vel una deperdita res perire dicitur. Talis Partes in homine sunt Corpus et Anima, in Arbore Materia et forma et sic de ceteris. Unde post abscessum animæ non jam homo, sed cadaver est.

Nota 2do Totum aliquod diversimodè posse considerari et variè accipi. Aliud Totum dicitur Physicum seu Reale. quod a Parte rei suis constat Partibus Physicis Realibus, Integrantiby et Essentialibus. vg Homo ex anima et corpore Corpus ex capite manibus, pedibus, oculis. Aliud Totum est Artificiale quod ex certis partiby constat Arte compositis et ad unum quid faciendum conflatis Tale Totum est Domus cujus Partes sunt fundamentum, parietes, tectum, etc Aliud Totum Morale quod in genere moris et æstimationis humanæ (id est 2dum politicam acceptionem) ex multis rebus, ad idem aliquod pertinentibus Totum efficitur Sic vg Resp. Totum est Morale constans ex partiby suis vg Rege Principe, Senatu, Equestri ordine, Civitate seu plebe. sic Civitas Totum Morale est completens gubernationem et ordines alios. Aliud Totum est Logicum seu Universale ac Potentiale. Quando Genus aliquod seu Conceptus Universalis dividitur in suas species vg Animal, in hominem, equum, leonem, agritam. Caput etc vel Species in Individua ut Homo in Petrum in Paulum, Andream, Equus in hunc illum istum. Aliud Totum est Vocis, quando dictio aliqua una, in se plura significata denotat diversa. Talis dictio est Canis, qua et do marinum animal latrabile, et sidus coeleste, atq animal marinum significat juxta hoc latrat in ede canis, nat in æquore, fulget in astris. Aliud Totum est Activum, quando aliquod negotium, in plures partes peragendum distribuitur. vg Venatio. Sic Hannibal tendebat, de montes superabat, hic laqueis insidias, hic cursu feras, persequens etc Vide Senecam in Hipolito. Act. 2do sc. 2. Item Dux bonus pugnabat manu, consilio regebat, adhortatione stimulabat. Aliud Totum est Objectorum. Quando Predicatum Logicum, in suas partes resolutum turgeat Objecta vg Vicit omnes hostes. dici debellavit Moschos, sue potestati subjecit Tartaros, de Turcis palmam retulit, Nemo se ei opposuit cujus Victor non evaderet. Aliud Totum est Locorum, vg Toto orbe noto divide in partes: sic per Enumerationem: Novit magnitudinem hominis illius Europa, sensit robur Africa, Asiam bello fatigavit. Ubi in orbem pene universum

duas perduxit

suas perduxit victorias. Aliud Totum est Temporis. vg Propositionem hanc miles nunquam Casus sic distribue. Quis non miratus sub Aprico sidere, stantem militem in acie. Luna, nocturnaq sidera stationem suam tenere cum demirata, quem nec olim Jupiter, nec Syrius ardens frangeret. volat ære fusus in campo. perstitit. Adamantinum pectus dicites, quod nulla coeli indementia frangeret, nec hostium vis superaret etc. Aliud Totum est Virtutum seu Vitiorum quando vg Virtus Virtuosus Vitium Vitiosus, humanus humanitas, inurbanitas inurbanus, et similia generica nomina, virtutem aut vitium indicantia in partes distribuitur. Partes Virtutis ut sic: seu in Genere acceptæ sunt potissimum quatuor vg Prudentia, temperantia, justitia, fortitudo, in quibus seu quatuor seu cardinibus, ac fundamentis, reliquæ virtutes morales radicantur. Discurre per Contrarium de Vitio, utrumq patebit in exemplo sequenti. Propositio. Iniquitas temporum Virtutem justi exulem. Ea demum infelicitas nos temporum perduxit, ut sobrietatem extinguat temulentia, humilitatem deprimat superbia, virginalem florem obscuret cupiditas, libertatem pervertat avaritia, studij in locum succedat, socordia. Quorsum quæso infelices recidimus. etc:

Colligo quotupliciter Totum aliquod dicitur, toties etiam perspectum considerantur Partes. Vide Artificiale Totum, artificiales partes numerat. Morale morales sic de cæteris.

Usus Practicus Enumerationis.

Hic locus Dialecticus, apud Oratores magnum pondus et vim habet, ad faciendas rerum descriptiones fusas, et amplificationes tractatur modo sequenti. Occurrit in scriptione Propositio aliqua in Subjecto vg Prædicato Universali. Ama distribue Universalitatem seu Totalitatem in suas partes vg Virtutem in Prudentiam temperantiam etc. Ide Partes distributas pone pro antecedenti, sufficienter Enumeratas, et infer pro consequenti rationem Totius vg Vis per Dialecticum argumentum probare Dominum NN. esse Virtuosum, virumq optimum. Dici Prudens est fortis, et justus. Ergo Vir optimus et Virtuosus. Hic vides Totum ex suis Partibus inferri seu Enumeratione Partium bene probari Totum.

Praxis

Eligendus aliquis, in Marschallum (aut aliud munus quod integrum vitæ requirit) forma Propositionem vg N. N. Eligendus. Da rationem quæ rationem To-

tius referat, Quia omnibus virtutibus huic muneri necessarijs pollet. Rationem huius propositionis pro Maiori Universaliter. vg. Qui virtutum omnium genere perspicuus est. Hic ad hoc munus eligendus. Ido Rationem conjunge cum propositione particulariter. Sed Dominus N.N omnibus virtutibus. Conclusio sequitur naturaliter.

Amplificatio

Virtuosus debet honor,

Nunquam cum ego principe honore dignum existimem, cui Imperatorie virtutes ad honoris subsellia non dedere suffragium N. D. Chimvero si sola virtus ex merito dispensat præmia, non prius secta Capitan honoris adita patescant, quàm Virtutis Basilicam intraverit. Profectò tantò certiùs in gremium iturus civilis, quantò quis audaciùs alterius virtute comite arduum honoris iter, ad dignitatum augustalia irrepsisset. Procul ab hoc N.N. fortuna quisquis enim laudabilissimam ejus vivendi rationem consideret, illud Sarmatici olonis non immeritò adscripserit: Præsertim vides familiæ famulæ morantur. Virtutem dominam quis neget esse domi. Hic enim gravis melancholia otium occupat, erudita facundiæ responsa donat, prudentia dirigit, fortitudo integritatem conservat, magnanimitas supportat universa. Quare si quis ex merito ad Reipublicæ regimen fastigium honoris hujus evehendus est, pro dominio est. Virtus ipsa fervet.

Praxis 2da

Cicero in Oratione sua pro Lege Manilia, volens promovere apud Romanum populum Pompejum Magnum in Imperatorem exercitus Romani contra Mitridatem infensissimum Romani nominis hostem, formal Propositionem talem. Pompejus unus eligendus est in Imperatorem. Rationem dat ex 2do Loco Dialectico. Quia Pompejo habet omnia quæ ad bonum Imperatorem pertinent. Terminum hunc communem & omnia distribuit in Partes subjectas in talem formam Entymematis: In Pompejo est scientia militaris virtus fortitudo, felicitas. Ergo in Imperatore eligendo.

Exornationem hujus argumenti lege in præfata oratione prægi medium ab aliis verbis. Quis hoc homine scientior unquam esse debuit, qui e ludo atq; quotidiana disciplina bello maximo atq; acerrimis hostibus, ad Patrios exercitum, atq; in militiæ disciplinam profectus est. Quisquis

Adverte quando ipsa propositio non est de Subjecto aut Predicato Universali quatis

li qualis prædicta Pompejus eligendo est. Potest nihilominus per Locum Dialecticum amplificari, si propositioni particulari detur ratio Universalis generica, quæ rationem totius alicujus in se contineat, prout vides in proximâ Praxi.

Praxis 3tia

Laudaturus verum Sodalem Beatæ Virginis quod omnia habeat quæ a tali requiruntur, distributionem facies totius actionis. Ex actibus ipsis enumerabis magis præcipuas, ex quibus veluti singularibus inferes totius vitæ Marianæ integritatem. Ut in Laudem S. Casimiri, insignis B. Virginis cultoris, servi et Defensoris, qui vitæ suæ integritate veri Sodalis Mariani Idea atq; exemplar extitit.

Amplificatio

Laus Virtutis S. Casimiri.

Sacravit Regiam Casimirus purpuram Delubris et aris, diutiq; in his quàm in aula versatus, delicias suas, pietatis in obsequio cultu magnæ Matris unicè ponebat. Parum illi fuerat dies integros impendere vigiles adjunxit noctes, quibus ad ædes adire ædes, de genu orare supplex Tutelaria Numina consuevit. Et cum alto somno oppressi jacerent alibi consocia fecit suæ pietatis sidera; consciam et non sine metu noctem Lunamq; quæ dum pro incolumitate patriæ illum in preces effusum viderat, othomanicis expalluit in signis. Pravaverat innocentes humeros Regiâ purpurâ, quæ tamen solito magis erubuit, cùm videret ab illo sibi præferri candore. Hujus nunquam non memor, amavit ut hæreditariam dotem, quando super omnem Regiam supellectilem, super vitam ipsam æstimaret innocentiam. Decubuit æger sed nunquam sanior quàm cum dilatæ suæ vitæ pharmaca proposita reputaretve nenum, sanctiq; judicans in flore ætatis suæ mori in innocentiâ, quàm hac deperditâ longissimam numerare ætatem. Facilius illi cum vitâ privari imperio, quàm a mediis exequi imperata. Sic prætulit cupidinis facibus suum regum, genialibus thoro funebrem cupressum, et lectum; regni solio tumuli solum, denique turpi Cybenthinæ Lycothynam. Vixit Casimirus et cum extinctus putaretur belli fulmen extitit, jacens in tumulo Victor, pro suis pugnabat in castris. Et quæso quomodo alijs non extorquet Laureas, qui de se per totam vitam numerabat victorias. Non fortior est qui se quàm qui fortissima vincit, mœnia. nec Virtus altius ire potest.

Christiano athleta poterunt hic illæsa sua servare lilia; etiamsi acutissimis draconum stantium mundi voluptatum cingerentur spinis. Poterat ab incendio, quo totus orbis flagrat candidis suis ovibus inviolatam lucri fidem, quamvis qui eam labefactare intenderent non deessent. Perstitit nunquam non fortis in proposito, securumque suæ innocentiæ reperit naufragium, dum alij in turgidis gurgitibus sensualium voluptatum haurientur naufragi. Transvecti illi illæsi, veluti Danieli quondam idomiti leones, nunquam transitum per periculosa multisq anfractibus iter ad Patriam perniderunt. Sic ipsa sibi navis, remus et velum asylum. quæ etc

Praxis 4ta.

Plinius junior gratulaturus ac Salutaturus Trajanum Imperatorem redeuntem. hanc formam Propositionem. Omnis populus te triumphantem spectare anhelat. distributis utrique sexus, parvuli, senes, juvenes, fœmina infirmi etc

Exornatio Enthymematis

Non ætas quærquam aut valetudo non sexus retardavit quominus oculos insolito spectaculo impleret. Te parvuli nosse, ostentari juvenes, mirari senes ægri quoq neglecto medentium imperio ad conspectum tui quasi ad salutem properare. Inde alij te satis vixisse, te viso, te reperto, alij non magis esse videndi prædicabant Fœminas etiam tunc fœcunditatis suæ maxima voluptas subiit, cum cernerent cui Principi civis cui Regi miles pepensent. Videres referta tecta ac laborantia imo ne eam quidem vacantem locum, qui non nisi suspensum et instabile vestigium caperet, oppletas undiq vias angustiq tramitem relictum tibi, alacrem hinc inde oculum, ubiq par gaudium parem clamorem. Tam æqualiter ab omnibus ex adventu tuo lætitia percepta est, quam omnibus veniisti, quæ tamen ipsa cum ingressu suo crevit ac prope in singulos gradus adaucta est. Cætera vide in Panegyro Traj.

Locus hic sicut Rhetoribus sic et Poëtis maximo in usu est. Usus in hoc Martialis passim, elegantes lib 5. Epig. 43 sequentem tractat Propositionem

Omnes opes amitti possunt et intercidere, præter eas quæ dantur amicis

Callidus effractâ numnos fur auferet arcâ,
Prosternet Patrios impia flamma Lares.

Debitor

Debitor usuram pariter sortemq; negabit,
Non reddet sterilis semina jacta seges,
Dispensatorem fallax spoliabit amica,
Moribus exstructas, abruet unda rates,
Extrà fortunam est, quidquid donatur amicis
Quas dederis, solas semper habebis opes.

Christianus Pöeta caneret idem de Eleemosinâ, quæ in sinum pauperis projectâ, cum cætera pereant omnia, utpote fortunæ spolia, hæc nunquam interit. Sic nihil prosunt divitiæ in die illo nisi generosè contemptæ, aut patienter perditæ. Adeoq. Extra fortunam est quidquid donatur egenis.

Partium Enumeratio propter tres præcipuè causas, ab Oratoribus adhibet. Imo ob Illationem propositionis Universalis, quando enumeratis sufficienter partibus infero totum. Juncta illud Axioma. Positis omnibus partibus, ponitur Totum. Item Negatâ quacunq; parte necessaria tollitur Totum. Vg Caput non est infirmum, igitur non totus homo male habet.

2do Ultimus Enumerationis propter Amplificationem vg Patientia in omnibus necessaria est. Cyprianus S. de bono Patientiæ sic dilatat. Patientia est quæ nos Deo commendat et servat. Ipsa est quæ iram temperat, linguas frænat, mentem gubernat, pacem custodit, disciplinam regit, cupiditis impetum frangit, humoris violentiam comprimit etc. illa facit humiles in prosperis, in adversis fortes, contra injurias mites, docet delinquentibus ignoscere, ipsa est quæ fidei firmamenta firmiter munit. S. Gregorius Hom. 29 in Evan. Homo omnis creatura Habet commune esse cum lapidibus, crescere cum plantis, sentire cum animalibus, intelligere cum Angelis. Ergo etc. Patientia

Locus hic maximè valet in descriptionibus rerum vg Locorum, Urbium, fluminum etc. Vide Historicos. Livium, Plinium, Curtium, Strudam nostrum etc. Tullius Polonicus, illustrissimus Pallavicinus ad Regem Angliæ. sic suam e Partium Enumeratione orationem exorsus est. Tandem erupit Othomanico pectore diu elatum virus, et depositâ simulatæ amicitiæ Larva, publico barbarorum furore, validissimum Christiani orbis Antemurale Polonia petiit. Perstrepit

bellico apparatu Orbem, onorantur classibus mare, jungitur Europæ Asia, Africanorum id quid est virium, in nostram armatur perniciem. etc. In societatem tanti belli veniunt hæreditarij nomines hostes Scythæ, venit utery Dacus. Servij Bulgari, Illirij, Thraces. Epyrothæ quidquid - ferum est usq Gentium, Premijs, Pollicitationibus, spe gratiæ, cupiditate vindictæ cogitur pellitur in nos accenditur.

3tio Vtimur Loco Distributionis Partium propter ornatum ornatum et apparatum, et claritatem. Ornatus hic consistit in figuris specialibus Architectis, prout sup. in Tots Virtutum, Commutationibus Rejectionibus, et alij quæ amplificandæ rei inserviunt.

CAPVT 3tium.

De Notatione Nominis seu Ethimologiâ.

Notatio Latinum est, Ethymon seu Ethymologia græcum. Ab Aristotele vocatur Symbolum. In re autem Notatio est verbi seu nominis explicatio. Quod vero Symbolum dicitur, est inde quia verba et nomina sunt quædam rerum signa, supponuntq; loco rerum. Vnde cum non possumus semper res ipsas adducere pro rebus voces substituimus vg si Petrum Leonem dicam, aut Iudicem, a fortitate, et hoc alijs manifestem, pro re voce utor vg est Leo. unde ly Leo est et res et vox rei significativa.

Notatio definitur a Scaio. Est Oratio verborum originem, energiam, ac significationem explicans. Differt a Definitionis loco, quia Definitio explicat quid res sit seu quæ rei Essentia aut Substantia. Enumeratio explicat rei Partes, seu quid res sit in Partibus. Notatio, rei nomen, quid res sit ex Nomine

Nota Voces esse dupplices. aliæ sunt Inarticulatæ vg Gemitus suspirium, risus fletus etc et hæ naturaliter aliquid certum significant vg Gemitq tristitiam, risus lætitiam. Huc referuntur voces animalium ex quibus illa cognoscimus. Aliæ voces sunt Articulatæ, ex literis et syllabis constantes, quales sunt humanæ, quæ significant res varias, non ex sua natura, sed ex placito hominum libero ac eorum institutione. Liberum enim erat primis Institutoribus Latinis,

rebus latrabile animal appellare Canis v. alio. Unde quidam Didonus libertatem hanc exercens, unum ex servis suis vocavit. Quorian alterum Ego, tertium Sicut. Hoc non obstante, quod nomina sint signa ad placitum.

Ducimus argumentum sapissime ex Nomine, tum praesertim cum alicui laudem vel vituperium conciliare studemus. Nam licet nomina non sint signa certissima personarum, ac rerum naturalia, sed ex hominum arbitrio imposita, multum tamen ornant pulchra nomina personam, si mores et facta congruant. E contra valet hic locus maxime ad facecias, urbanitates et cumina.

Hebraei consueverunt imponere nomina ut plurimum significativa vt David Virum desideriorum significat. Joannes. Gratiam. Chrisostomus aurei oris virum. Stephanus Coronam. Chrisologus auctor eloquii virum. Theodorus. Donum Dei. Basilius. Regem etc. Etiam alijs gentibus id commune erat, uti apud Polonos Bokenos, imponere nomina ex rebus ad laudem comparata vt Stanislaus Miecislaus, Lvientoslaus, Bogumilus, Casimirus, Florianus etc. quae pulchra nomina pulchriora, fiunt si consonent factis. Sic Augustus merito nomen fortis nihil humile gerit, Maximus, Maximilianus, Leopoldus, si fortia gerant, maxima tentent. Unde Cassiodorus ait, nomen esse auspicium rei, quare Rex Theodorus suo filio sic Scripsit. Nomen ex meritis auctoritatis semper veritate vocabuli careris.

Sciendum superstitiosum esse credere omnino nominibus, et quasi indubitata fide certum quid ex ijs concludere. Nomina enim cum sint ex placito indita, nullam trahunt post se similis fati necessitatem. Hinc illud.

Nominibus credam, nec nunquam, nec neq. semper.
Nec nunquam verum, nec neq. semper habet.

Clara, Agata, Ambrosius. Stephanus. Vincentius, Agnes
Conveniunt Sanctis nomina pulchra suis
Barbara, Caecilia, Ursinus, Lupus. Ursula, Asella,
Ea pugnant Sanctis nomina prava suis.

Sciendum 2do. Errorem fuisse quorundam superstitiosorum, qui putabant aliqua nomina de se esse Fatalia, infausta, infelicia. Alia contra, Ex se felicia, fortunata. Sed hic error ridendus. Nam verum est quatuor fuisse Luteones, et omnes miserè periisse, primus a suis canibus devoratus, alij duo ab aprio discerpti, Ultimus voluptate perit.

nihil tamen fatale adhuc inferetur in nomen: Nam duo Constantini fuerunt quorum uter fundavit imperium, alter perdidit, adeoq; nomina non sunt rerum omina, ex antecedenti certissima et infallibilia; sed solùm opinativè et bonè vel malè, augurandi gratâ

Nota primo. Triplici modo accipitur Etymologia, hic est, quatuor modis considerari potest, nominis alicujus significatio, et sic refertur ad Ethnon seu Nominis interpretationem. Imo. Dum queritur unde nomen trahit originem vg Senatus a Senibus, juxta illud:

At senibus nomen mitte senatus habet.

Consul a Consulendo. Parca a non parcendo, Ferrandus a ferro, Vincentius a vincendo, Ambrosius ab ambosia etc. Si quidam lusit in nomine Ferrandus: Ex ferro Nomen tibi sit licet, aurea cordis Secula, nam sub te Principe nemo metit. De his et similibus fusiùs tractari solet a Poëtis in materia de Epigrammate, ubi de acumine agitur, ex nominis Ethymologiâ deducto. 2do Refertur ad Ethymologiam si vocabulum aliquod explices, et ne eo præter significationem propriam etiam appellativam communem reperies. vg Barbara. Licet persona aby Barbarâ sit, nec nomen ejus ab illa acceptum juxta omnia modum, quia tamen appellativam simul habet significationem; dat occasionem discursui, hinc illud commune et satirico tum de si Barbara.

Barbara sum, non sum, milites cum pectore Virgo,
Sed qui me genuit Barbarus ille fuit.
Ille meo trajecta rubescunt sanguine ferrua,
Et pater et victor, mensus Ense caput. etc

3tio. Refertur ad Ethymologiam dictio considerata in aliâ aliquâ linguâ habere significationem laudis aut vituperij sic Martialis. lib. 9 Epig. xxi Lusit in nomine cujusdam adolescentis. Carini, quod nomen græcè idem est, uti latinè. Vernus.

Nomen cui violis rosisq; natum
Quo pars optima nuncupatur anni,
Nomen nectare dulcius.

4to Revocantur ad Ethymologiam ea nomina, quæ comparantur cum magnis quibusdam personis, aut Cœlitibus cum quodam omine bono sic nomen Michaël sanctum dicitur, quia Archangelicam dignitatem notat, Gabriel fortissimum præsagit, quia fortitudinem

titudinem Dei notat etc:

Cicero passim Notatione utitur in perstringendo dum Pisonem lavat, quod indignus Consul sit, quia non Consulit Urbi. Et hoc ad primum modum refertur. In Verrem acrius invehitur et in nomine ludit, per appellationi respectum; Verres enim Porcum notat, et hoc ad 2dum modum, ad quem etiam illa pertinent: Leonardy, Narcissus. Rosella, Rosa etc:

Referuntur alia ad Notationem Nominis expresse Anagramata, eo quia aut nominis explicatio, seu Interpretatio ordine Literarum mutato facta. - Sed de his puto satis factum cuivis in Loesi. Nos ad Praxim revertamur.

Usus Practicus Notationis.

Laudaturus aliquem ex Nomine. seu facturus Rhetoricam expositionem. a Notatione; servabis sequentia: 1mo. Persona quæ Laudanda occurrit spectetur, quo Nomine gaudeat, aut Officio emineat (nam et nomina Officiorum Notationi inserviunt, vg. Consul prout Cicero in Pisonem.) 2do Nomen hoc (quod Notatum dicitur intelligat quid notet sic Consul notatum est, Consulere vero (a quo deductum) est Notatio. 3tio Videat quomodo congruat cum Persona Laudanda Notatio. 4to Formet Propositionem convenientem meritò Personæ, Laudandæ v. Vituperandæ vg Piso est Consul — non notatum, non Consulit autem Urbi et Patriæ ex Notatio probrosa, Hinc formatur Propositio Intenti: Piso non est Consul. Ratio ex Notatione, quia non Consulit urbi. Dispositio argumenti seu argumentatio: Qui urbi non Consulit Consul dicendus non est, Sed Piso. Ergo.

Regula huius Loci est sequens: cui non tribuitur Notatio. (vg Consulere) huic nec tribuitur notatum (vg esse Consulem). Sic de cæteris. Vide non immeritò dices: si præclarum est Magnum vocari, præclarum est etiam res Magnas agere. et contrà.

Praxis.

Daturus Votum pro dignitate alicui Maximiliano. (sitamen aliunde utcunq bene procedat, Laudabiliterq vivat) ex Nomine ejus sic eum commendabis. Magnæ necessitates Reip. Maximos exigunt defensores. Talem

nobis Dominum N. vel Nomen ipsum porrigit, ut facta taceam. Ergo hic non im-
merito huic muneri etc. admovendus.

Amplificatio

Patriam hanc nostram Christianitatis esse Antemurale, prudem universo
orbis etiam dominatrice in urbe preclaro elogio contestatus est N. N. Non clau-
dimur equidem muris Cyclopicis, aut quod alibi gentium commune est, ut in limitibus
stet ferrea turris ad auras, armatique cavis expectent mentibus hostem. Sit famili-
are alijs decursantium impetus hostium munitionibus sustinere, in Vallis et fossis
optimum muni- securitatem ponere etc. Pulcherrimum muniendi genus est apud nos munire
mentum pectus. tis ejusmodi non egere. Et sane nunquid novum sub muro expaveseere? ubinec spes
forte ulla fuga, miseri stant turribus altis. Libera sit Virtus necesse est, quæ hostem gre-
mat instantem, ictum sustineat, vim aricat, pectus opponat pectori, ut sic dextera pec-
tora pro turribus adstet pugnator miles et non in urbium muris sed proprio securitatem
conservet in pectore. Raram hanc virtutem solidi pectoris hospitum, a-
perte lego in Magni Nominis Heroe, Maximiliano. N. Si fortes res eget at-
mam et magnis animis? in hoc maxima quæq; conspicis, cujus merita ne La-
terent obscura vel Nomine prodantur ipso. Dexteram fortem quæritamus? est Her-
culea; Prudentiam desideramus? est Cato; Defensorem et Principem poscimus? Patriæ
studiosissimus est. Non enumero antiqua longâq serie in Rempa. hanc nostram, avi-
ta Domus merita, sufficerit in hoc uno concludisse omnia Nomine, quod nisi a Maxi-
mis gestis præesse possit Maximilianus. Quare securi tam validis humeris
Reip. molem suspendere possumus, in hoc uno felices, quod sub fortissima ejus-
dem directione Reip. salus nunquam fluctuet, securitas non fatiscat.

Praxis altera.

Nota non immerito ad Notationis Locum revocari a multis, Familia-
rum Stemmata, ex quibus amplissima segues Laudum, Exornationis copia col-
ligitur maxima Rhetori. Nam sicut Nomina propria personas indicant, aut ap-
lativa officiorum functiones hominis certas: sic Stemmata indicant Familias
ipsas. Et quemadmodum pulchrum Nomen materiam amplam Laudandæ Per-
sonæ sugyerit, sic pulchrum Stemma copiam fusam et sufficientem extollendæ Fa-
miliæ

milia adeoq cujuslibet in ea persona corrigit. Deinde Sicut Nomen ponitur pro Persona ipsa sic Stemma pro tota Domo id est pro Personis sed Domesticis. Hinc equidem frequentius et magnificentius, securiusq originem Stemmatum et Notationem eorundem quàm nominum inquirimus et Rhetoricis exornationibus in Laudem Familiarum, Personarum, deducimus. Hinc ista, quia Stemmata non fortuitò ut nomina sed communiter ob merita et insignia facinora Familijs imponuntur. Sic alter Leonem praefert, quo fortis in acie steterit. alter Aquilam quod Patriam ad sublimia suis conatibus evexerit. etc: Et quia praeterita virtutis signa sunt in Antecessoribus bene oniramur fore ut sint monumenta gloriae et virtutis promovendae in nepotibus. Itaq quando dicitur Etymologia est nominis Notatio seu explicatio; intelligitur aut explicatio Nominis Proprij ut Stephanus, aut nominis officij ut Consul, Dictor, aut Nominis Stemmatici ut Leo, Crux, Solea, Gladius etc: In priorib duobus inquiritur unde desumantur, quid significent quo ad se, in tertio, quid Personae comparet, vi suae virtutis.

Gratulatio Praefecto Congregationis ex Stemmate.

N.N. Stemma praefert soleam cum duabus crucibus, Hic considerandum quid notet Solea, sed quo fine fiat, scilicet propter cursum securiorem. Ergo cum honorum gradus seu ascensus praeceps sit soleata virtus solidum passum faciet. Item Cruces Bases sunt Christianae fortitudinis ac pietatis. Ergo sub hoc Labaro secure N.N. imperat nos sequimur.

Amplificatio.

Soleis ad solium bene curritur, quando emerita virtus ad augustos Mariana dignitatis fascis intexuit semitam M.D. Mariani. Cetus Praeses dignissime. Invenisset in hoc quondam speratam purpuram imperator ille Lesio, si non fortunae arbitrio dolum, soleis perfidas fraudes interposuisset. Procul id a tua Solea Mariane Praeses, cui Gentilitius candor suffragantium sodalium inflexit animos, ut Mariani imperij pondus concordibus votis avitae innecteret Soleae principatum probatae conferret pietati. Tua virtutis haec sunt decora, quae nunquam per humilia serpere sed augusto passu maxima praetervolare suapte consuevit ingenio. De firmitate sceptri tui cetus hic noster minime ambigit, dum inter Cruces avitas posito gestientis animi cum voluptate benignum ingressum,

totumq; pium sibi gratulatur. Darem illas cupientibus obsequi pro Labaro, sed quia non ad Laborem cum Constantino Magno illo provocantis Mariana pietatis stimulos, qui ad amorem alliciant submissè venerabor. Auspicare igitur festissimo hoc asensu tuo inter Solidas, quia soleatas Laudes augusta Imperia magnæq; Matris vicarios fasces occupa, quos illustrior tot factis virtus tibi per, rexit unanimis sodalium consensus pronâ cum gratulatione consignavit. etc.

Praxis tertia. Responsoria priori, ex eodem Loco et Stemmate.

Crucem cruciby addidistis Sodales. Partheni, quando magnos Magnæ Matris fasces impari dexterè inseruistis. Illas ferre quas Gentilitia Cura contulit fuerit sane honori (ut ipsi dicitis, hanc verò quammodo meis inclinastis humeris sertis jam quanto sit oneri. Immeritò magnum me facitis nisi fortè in hac nobilissimi cœtus vestri coronâ quisq; minimus inter vos fieri maximus esse posset. Stabile quid deprædicat Sodalitas vestra in Gentilitia nea Solea, profectò vestro favore ac suffragio ad alta nititur; metuo, ne hinc ruina profundior, minimeq; virtutis conscientia reddat novissimum. Interim quoniam et sic ultimus meritis, dignitate primus calculis vestris esse justissimis, segnior, non ut altior, verùm Magnæ Matris obsequijs, vestræq; benevolentiæ obligatior et promptior in occursum inveniar. Quare agite et vos quem augustis his honoribus admovistis, consilijs vestris regite, favorantibusq; animis (nevos collati honoris peniteat, me indignitatis pudeat) promovete.

Praxis qua in idem argumentum, cuidam Præfecto Congregationis, cujus Stemma, falx et cruces duæ dicta dicæ Inventionis Sanctæ Crucis in promulgatione.

Expositio

Inter nascentes Majalium gratiarum Soles augusta Parthenionum Mater videtur in viridarium invitat, in hortum conclusum provocat Sodales, ac imprimis te M. d. Expandit hic Divinior Flora horti sui divitias, ut quas tantisper celarat, in tui vertitis sertum hodie conferret. In messem alic[ubi] nam gentili "

nam gentilitias tuas falces non mittes, quibus emeritis virtutibus tuis in matrem, pietatemq; super cæteros triumphabundo metes adoreas. Non minucas tamen si in falces primo accessu hinc inde cruces sesa inferant, vel domesticæ sunt vel a Christiana pietate illustre decus, undiq; messis gloriæ ac honor virtutis. Lapis lydius aurum, cruces pietatem probant et majestatem conferunt, quæ usq; in coronarium Regum ac Cæsarum ascendunt honorem. Recolit illas inventas hodie cum gaudio Ecclesia, nos eadem inter paterna tua decora depositas, submisso assecta hodie attolimq, et in te nobis earundem inventionem nobis gratulamur. Felix tibi messis est quæ cruces livoris alieni aut demetit aut in collatæ honoris fastigium triumphabundo attollit, Utrumq; Laus tua et virtus est. Sustulisti illas, imò te per has in Mariani honoris apicem felix extulisti. Felix dico, quia nullus ascensus securior quàm qui crucem gradum sibi posuit. Vive igitur et illam quàm hodie Marianus inter honores crucem cum Ecclesia reperisti velut anchora Parthenicæ navis securitatem figas velut gubernaculo securissimè dirigas. etc:

Responsoria ad Priorem exijsdem principijs

Honor in honorante est, Laudes in me accumulatæ virtutum vestrarum sunt præconia. Sodales Parthenij. Scio hunc ad dignitatis apices esse tramitem ut non omnes alliceat, deterreat plurimos, eò quod quisq; optimo declinet fastigium, ad quod ascensus periculosior pronior ruina existit. Solidastis equidem dignitatem meam gentilitijs quas hodie prænaturâ messe in aream honoris collati intulisti cruciby; verùm si vel hinc omen ex nomine sumere liceat, eventum ex re conficere, elevando me depressistis. Ambivit honor Marianus Athlanticis gestari humeris, vos Herculeos Lacertos declinando infirmioribus brachijs onq hoc adeoq crucem imposuistis. Si spes victoriæ ut plurimum in Duce bono sita est, certè ductore cervo etiam leonem grex malè auspicabitur aleam. Videte in quem gradum fortunam meam vestro suffragio suffultam extulistis. Metuerem sanè nisi perspecta satis pietas vestra ad unum mihi adpromitteret fore, ut succollantibus humeris, vos onq feratis, qui honorem mihi contulistis. Quare submitto verticem injecte moli, faciesq; collatos omni favore, trepidâ capesso dexterâ, quos ne vacillare contingat, consilijs vestris regite authoritate stipate. etc:

Praxis.

Vladislaus qtg Rex Poloniæ Innocentio X Pontifici Maximo gratulaturus cui Columba pro insigni ex nominis Etymo et Stemmate simul, taleſve mavit argumentum: Innocentissima sæcula promittit orbi Pontificatg tuo. Ergo meritò de eo sibi gratulatur.

Exornatio.

Prodit ex augusta Apostolicæ dignitatis arcâ candida columba, navi fraganti inter bellorum procellas orbi pacis ferens symbolum. Salve. Pater Opt. cujus candidæ et tranquillæ mentis præsagium tuæ Sanctitatis majoribg vestra, avitæ nobilitatis jam olim exprimebant indigna. Nec porrò assumptum Innocentij nomen aliud promittit, quàm felicissimi Pontificatg Innocentium, nocentibg solum infensum. Ad tanti Pontificis pedes gratulabundus propero, ut per internuncium meum tuæ Sanctitati et legitimo in terris Xti Vicario, universalig Episcopo meam, et regnorum, ditionumq mearum obedientiam supplex deferam. Ipse ego huic Statui, quæ mihi pro Xtiano nomine exurbanti Dei voluntate et majorum meorum mentis obtigit, intentus; propagandæ fidei Catholicæ et Sacræ sedis tuæ autoritati manu tenendæ arma mea imò sanguinem ac vitam consecro. Tu mē do id agas Beatissime Pater ne diutig reliquorum Principum inter se decertantibg armis, exhaustæ Xtiani populi vires otiosum spectatorem, sed occupandæ Europæ avidissimum hostem ad invadendum tibi gregem cœlitg commissum ferant. Quem ubi tanto metu liberaveris, tum demum innocui et innocentis sæculi Pater gratissimum offeres sacrificium ei, cujus vicariam curandi gregis operam divinitus in te collatam suscepisti. Ergo iterum pedibg Apostolicis advolutg Sanctitatis tuæ mihi, meisq, expecto benedictionem, meq ac regnum, dominiaq mea clementiæ, gratiæ, ac protectioni tuæ, quàm devotissimè commendo.

Praxis ulterior.

Gratulaturus Mariani honoris fastigium ex Notatione Nominis et Stemmatis simul, ut si quis (quod multarum Familiarum est) inter Lunas, Gladium ferat, sic formare argumentum posses,: Nil hæc Resp. metuere de, beat ubi

brat ubi Gladius, in hostes vigil excubat, Lunæq; fulgor latentes detegit insidias. Utrumq; intuis insignibus legimus. Ergo Resp. Mariana sub Victore hoc Gladio nihil sibi metuat. Aliæ circumstantiæ interseri possunt vg temporis, ut nunc Interregni quo omnia periculis plena. Item Temporis Ecclesiastici, vg In qua dragesima, ubi certis titulis inscribuntur Dominicæ, vg Dominica 3tia Quadragesimæ dicitur Oculi, Dominica, 4ta Lætare. Dominica 2da, Reminiscere etc: Si igitur ad certas circumstantias vg ad Dominicam certam scilicet: Oculi, præcedenten conceptum aptes; sic progredieris.

Amplificatio.

Ab adjunctis temporis

Inter publica, privatasq; Interregni pericula, quibus ob malè foederatarum partium mines Resp. civilis concutitur Illa, quæ ut pastorum acies ordinata, Bellatorem Gladium tulum, Gentilitiasq; Lunas Marianis populis in tutelam evehit: Ab D. Eti Probata illius præstantia ex eo, quod è fluxu in rectum redeat, nobilis ac fortis indoles tua, ex submissione pronâ, ceu Lapide Gladio manifestè deprehendatur. Harum pretium, æstimatum ex influxu quod de omnibus bene mereri, morum comitate ac benevolentia studueris; Lunarum splendor micat inter omnes. Clarissimis his utrinq; signis rectè Virgilianum illud, verbo uno mutato adscripsero:

Romane
Tu regere imperio populos Mariane memento. Virgilii lib. 6. Æneid vers. 851.
(Hæ tibi erunt artes) pacig imponere mores,
Parcere subjectis et debellare superbos.

Duo sunt, (ut cecinit fulgitia Domitiani Imperatoris ævo nobilis Satyrica) Quibus exulit ingens. Roma caput: Virtus belli et Sapientia pacis. Vtrumq; in tuis Insignibus veneror. Reipq; Mariane gratulor fortunam, in Gladio erecto; in Lunis (quæ noctium dispellunt tenebras) optatæ pacis sapientiam. Nam hos cætus armis tudaris, moribus ornas, Lunis illustras. Non cæca Fortuna hodie tibi obviat, quando concordibus votis promota, cum Oculis hodie in sinum tuum devehitur. Sanè non poterat non dari tibi Mariani fastigij prærogativa, quia ubi profunda humilitas ibi excelsa est dignitas; ubi ipsa defectio est magna; ibi ex virtute deificatio est maxima, Imum, meritum tuum; alterum præmium est, Accedit cum fausto omine magni nominis dignitas quæ de felici rerum successu neminem sinit dubitare. Feres infractis Dominica Oculi.

humeris Magnæ Matris fasces, fortunamq; tuam, qui totius Christi ex virtute et me-
Ante paradisum tis jam factus bajulus. Paradisum Rodie ingredi te putaveris, ante quem Gentili-
Cherub. cum gladio tius Gladius tuus excubitor sedet et ut at, quidquid vitiorum intrare præsumpserit,
flammeo. Illud Mariana zelo, hoc vigilantia tua deplorabit. Enimverò non insolitam etiam Ma-
rianas inter plantas ab iniquo homine per noctis tenebras superseminari zizania, ip-
sum nihil ubertati suæ et innocentiæ Partheniy hic hortus sub te metuit, protinq;
Gentilitiæ Lunæ splendore suo fraudes detegent, denotet Gladius. Illuc respuat tu-
etur iste, in illis prudentiam in hoc sibi exitus fortitudinem tuam sibi gratu-
latur. Ascende igitur, quo te suffragantium sodalium vota evehunt, et fac, ut gri
in ferro tuo inter splendentium Lunarum fulgores libertatem speravit, voti compo
tes sibi de tuâ, tibi verò de omnium felicitate in Mariana subjectionis vinculo
gratulentur.

Responsoria ad priorem in idem argumentum.

Solius æquitatis ac Marianæ Reip. promovendæ instrumentum Gladius tuus
Gentilitias q; Lunas velut geminas fortunatissimi cursus Cynosuras voluistis; metuo
ne in utroq; fortuna votis vestris illudent. Sodales Partheniy. Gladium bonum
Seneca. Epist. 76. dicetis (teste Seneca) Non cui deauratq; est balteq;, nec cui vagina gemmis dis-
tinguitur, sed cui ad secandum subtilis acies, et mucro munimentum omne rumpens
et mucrone æstimandus est. Tantæ dignitatis prærogativa ex omnimodæ virtutis
ac meritorum acie unicè ponderanda. Lumen quoddam Scuta vestra in Gen-
tilitijs Lunis meis deprædicat; mediæ sunt, adeoq; vestro favore ac benevolentiâ
implendæ. Quis non videat in Mariano hoc cœlo altiores Lunis hisce me-
Luna omnibus fixis planetas? altiora declinastis; Lunas verò et infimorum sua minimas et in
netis in corpore mi- situ infimas (quia terræ confines) ad summa, Magnæ Matris videlicet, quæ
nima et infima. Electa ut Sol, stellis splendidior ad hujus ingravam fasces et thronum evexistis.
Sejanus sub Tiberio Luna Phœbo progior lumina perdit, metuo Sodales fortunæ meæ, ne cum Sejano
Seneca sub Nerone. ad ultima, cum Seneca ad extrema. Cum Belizario etiam oculis erutis, e supre-
mo fortunæ gradu, quem Justiniano succollante consenderat ad infima (hic honorū
saltus est) dejiciatur. Luna quo Soli vicinior eo tenebrosior. Quid quæso
stabile vobis in meis promittitis? Lucent sed Eclipsi etiam occumbunt sæpius.

Cæter uno

ex hoc uno interim, quia majore parte sui mutuato solis splendore (vos intelligo) fulgent, Luna a Sole lucet et insigne luminis incrementum accipiunt, confidere audebo, ut ex umbris feliciter eluctentur et Solem, variata suum non deserant unquam. Nunc ut olim Trajanus Imperator prædi cuidam Romano, sic ego vobis, cæcui vestro Gladium quem mihi dedistis, ceo authoritatis collatæ typum, cum ejusdem dicto restituo: hoc utere pro me (modalitas) si mea potestate rite fungar, sinsecus jutere contra me.

CAPVT 4tum.

De conjugatis.

Locus hic Dialecticus qui dicitur conjugata aliquo modo affinis est Notationi, de qua precedenti capite. Definitur sic A Cicerone conjugata sunt ab uno vocabulo variè inflexa et derivata Nomina. Differunt a Notatione, quod in hac inquiratur Nominis significatio, scilicet quid Nomen indicet: in conjugatis verò spectatur Derivatio primarij, et unius nominis ab alio inflexio. Hinc in Notatione vis argumenti spectatur ex significatione præcipuè; in conjugatis ex nominis unius cum Nomine altero connexione. Conjugata quid sint. Differentia.

Nota ut conjugata sint, stricte talia, tria requiri. 1mo ut unum nomen derivetur ab altero. ex Prudens, prudenter, a prudentia. Cupidus a cupiditate, doctus a doctrina, etci Sic Cicero. qto. Tusc. Quæst. Qui fieri potest, ut in quo cupiditas sit, non cupidus; in quo ira, non iracundq; in quo angor non axiq non timidus etci Item. Quis regnum mundi expetat, cum undiq, tot periculalegibus immineant, tot sollicitudines torqueant. 2do. Ut conjugata sint, diversorum casuum, aut diversarum partium orationis vocabula. Defecta hujus. lex, Regulus, Filius, Filiolus, non sunt conjugata. Contra sunt sequentia. Sacrè litteris operam dederis quàm mercaturæ; quando viri literati majore sunt in honore quàm mercatores. 3tio Ut conjugata seu Derivata hæc vocabula omnia eandem formam significent, id est a primaria significatione non deflectant, sed in ea omnino participent. Defectu hujus. Cerevisia, quod cerebrum visat, non sunt conjugata Differentia III

sed Notatio, quia origo Nominis, & significatio non eadem. nam aliud est visere cerebrum aliud Cerevisia, haec liquor est et bibitur, vt visere autem non bibit nec liquor est. Sic de caeteris. etc Contra Miles, militare, militia, Conjugata sunt, quia in primario significato, omnia conveniunt, seu ad idem pertinent. Item. Bellus, bellare, Conjugata non sunt, quia primum diminutivum ad bonq, alterum ad pugnā pertinet.

Quaeres ex quibus potissimum figuris formentur Conjugata? Et cum ab Authoribus passim dicantur lusus in verbis, deducuntur maximè ex sequentibq; Hyperbole, si alicui aliquid per excessum attribuas per modum correctionis figurae in Laudem aut vituperium. vt Cicero Prima actione in Verrem: Mihi non ung homo improbus perimendq, sed ipsa improbitas extinguenda, Idq per Paronomasiam per Similia verba varijs modis inflexa, de quibq in Idaeio ac in Poësi, praesertim de modis acuminum. Sic quidam in Publij Maronis nomine lusit.

Quae non te Publi, famae tuba publicat orbi
Publica nonne hujus bibliotheca tuis
Sunt et Virgilij, tu sidere pulchrior omni
Virgili et eloquij tu mare dulce, Maro.

Deinde passim hic locum habet Traductio, Poliptoton, maximè autem Annominatio ubi verba confinia adhibentur. Vnde Ludovicus Christus per hunc modum nobile Epitaphium erexit, Marchioni de Piscara. Carolo V. Imperatorij, Belli Duci

Dialogismus Viatoris cum hospite.

V. Quis jacet hoc gelido sub marmore? H. Maximus ille
Piscator, belli gloria, pacis honos.

V. Nunquid et hic pisces cepit? H. Non. V. Ergo quid? H. Urbes,
Magnanimos Reges, oppida, regna Duces.

V. Dic quibq hos cepit Piscator retibq? H. altis
Consilio, intrepido corde, potente manu.

V. Quae tantum rapuêre Ducem? duo Numina, Mars, Mors.

V. Vt raperent quidnam compulit? H. invidia.

Pro nomine

Sed nocere sibi, nam vivit fama superstes
Quæ Martem et Mortem vincit et invidiam.

Usus Practicus Conjugatorum.

Ratio componendi per hunc Locum est sequens: vg Pro Antecedenti seu argumento accipitur ipsa forma seu nomen illud, unde alia derivantur; pro sequenti vero accipitur nomen derivatum. Vg in Genere Demonstrativo seu Encomiastico: Justitia Laudanda est. Ergo et Justus encomia meretur. In gen. Deliberativo seu Suasorio: Non est favendum Hæresi. Ratio quia venenum Orthodoxæ fidei et Xtianæ integritati affert. Ergo nec Hæretici ad Senatorij ordinis prærogativas evehendi sunt. In Genere Judiciali: Detestabile scelus est et humana ex societate prorsus eliminandum homicidium. Ergo Homicidæ inter homines nullateng tolerandi.

Justy laudaby a Justitia. Hæretici et tam in non promovere

Adverte Locus hic Dialecticus non tam confert ad probationem rei pondo, quam delectationem, quia ex lusu verborum res non tam probatur et firmatur, sed ornatur. Dat tamen occasionem breviority conceptiby qui deinde fusius possunt Rhetoricè exponi. Regula hujus Loci est sequens: Cui convenit unum Conjugatorum (vg Prudentia) huic conveniunt et alia. Esse prudenter agere. et econtra. vg Rhetorica a Rep. non est excludenda. Ergo nec Rhetores a Jure, publicis q rerum negotijs.

Praxis.

Vis Solari quempiam, ne ob amici obitum nimium dolori indulgeat. Disgositio argumenti,
elige primo verba Conjugata, id est a se invicem provenientia, vg Mors mortalitas mortalis. 2do forma propositionem ex his vg Mortalis erat, et in hanc sortem natg, ut mortis persolveret debitum. Nam statutum est omnibg semel mori. Ergo qui mortalitatis hujus pensum exegit, nimium flendy non est. Ratio, quia terminum tenuit.

Amplificatio Consolatoria amici Lugentis.

Ingentem optimi amici jacturam, quemadmodum ipse ego gravi consucia,

BIBLIOTEKA W.B.A.

ti cordis vulnere, animitq; doleo, ita tuo animo inevitabile Parcæ ming parcentis
telo recens sauciato medullitq; compatior M. D. Receptum est nobis solatiorū
pretiosum pignus, sublatum nobilissimæ familiæ decq, subductum illustrissimæ
long violentis facorum impetu fœderum. Nihilominq in tam lugubri sorte ñ
Dis argumenti. extgnum solatium mortalibq ipsa sese offert mortalitas. Evolvit ille mortis ex
uvias, posuerunt alij, nec tamen amisimq quem luges amicum, sed Regia ta
rum via premisimus, nos et ipsi secuturi, Nobis eodem impendentis cybi
thinæ imposita necessitas, Nam.

Occidit et Pelopis genitor convīva Deorum
Tithonusq remotus in auras
Et Jovis arcanis Minos admissus, habentq
Tartara Panthoidem.

Horatiq lib. Oda 28. Sic omnes una manet nox, et calcanda semel via lethi. ex quo hanc
vitam et vitales auras hauriq mortis tributarij facti sumus juxta illq evigatū

Omnia transibunt, sic ibimq, ibitis, ibunt.
Cari, non chari, conditione pari,

Unde recte meditatus illud, Romanus Lyricen. (Horatius lib 2do. Oda 3tia)
Morti æil. nequā nil parcens. Divosne Prisco natus ab Inacho, nil interest; an pauper et infima de gente
sub dio morieris. Non in gelidorum stabilitatem saxorum, eos compegit re
rum natura, ut brevem vitæ deflorentis moram nimium indignabundē gemā
Seneca Tragedy in Hercule furente. mur. Diu vixit, qui bene, Nemo huc icto properat, Certo enim veniunt ordi
Chœro 2mo. ne Parcæ, nulli jussa cessare licet, nulli strictum proferre diem, vocat pop
los urna citatos. Semel enim verum est et ipse rerum ordo res edocet,
quotiēs ad tumbam deferri jam hanc jam illum cernimq, quod Sarmatig Olor
Sabbicoig. lib 2. Oda 7. sibi et omnibq accinit. Quæ tibi primum dedit hora nasci, hæc mori primū
dedit. Mortalitatis nostræ hæc conditio est, ut hic positis debitæ mortis exuvi
is, in mortalia respiciamus, immortalibq quodam civibq adscribendi. Eſeminon
das Thebanq ille ex vulnere fortior, corpore deficiens, animo proficiens, ha
suis (ut eorum dolorem temperaret) ultimum reliquit: Non finis est vitæ meæ,
sed melior et auctig initium advenit, nunc enim examinandus vester nascitur

dum sic mori

dum sic moritur. Profecto nascitur coelo qui terrenis mortuus, non per longam vitam, sed per illustria facinora, vitalis huius aurae adhigit, et implevit technas. Quos sibi fatus, ultrà fatorum leges, longius extendat annos, numerati sunt, unus in circulum redeunt. Quid homo, ipsi etiam lapides, quos eternitati aut immortalitati, posterorum sempiterna memoriae humana manus dedicavit, exitiali quadam morte, per collabentium struem ruderum absumuntur. Nam etiam saxis narrantibus venit. suos nempe ab ipso tempore tabida vetustas, saxis, etiam ferro indixit manes. Hinc rectè Poeta noster: Nil diu felix stetit. Inquietus urbium currunt hominumq fata. Sarb. lib. 2 Od. 7. Quare tuae nunc erit prudentiae cogitare, id amicum tuum ferre, quod ante te tulerunt omnes, et nos feremus alii, quod Cyrici moneat. Cedes coëmptis saltibus et domo, villaque: Cedes, et exstructis in altum divitijs potietur Heres, et ipse post cesurg. Haec rerum orbita est, quam quisq explerit, vitam exegit, longissimam, si bonam. Hac amici tui gloriâ est; qui semper laboravit in gloriam, ad benemeritorum praemia transiit, gaudendi materiam sibi, nobis minimè dolendi accumulavit. Itaq lugeant alij suos, qui lugendam duxerunt vitam; hic cum nihil non laude dignum egerit, gloriosos cineres, fortesq manes, mitiori dolore prosequemur.

Quaeres Quod duplicia sint Conjugata. & Tripplicia Imo Alia sunt Conjugata in sola voce. in solâ vocibus, ut officium officiosus, humanus humana, somnus, somnolentus, etc: ex his fallax argumentum sepe deducitur. Unde Cautè procedendum in his. vg: Necesse est aliquid dare somno, non bene sequitur. Ergo necesse est somnolentum esse. Quia vg: somnolentus licet a somno deriveatur, significationem interdum variat, inertiam ignaviamq significat. Similiter. N. N. praestat officium suum non semper sequitur bene. Ergo est officiosus. Nam servus aliquis coactè exequitur quod debet, officium suum sed nunq exercit, nullatenq tamen officiosus dicitur. quia Officiositas est actio libera, spontanea, gratuito in favorem alteri exhibita. Sic de multis alijs quae licet directissimè deriventur et Conjugata sint in voce, insignificatione discordant. Quid sit Officiosum esse.

Conjugata in significatione sola

2do Alia Conjugata sunt in sola significatione, quando in voce diversa sunt significationem Radicalem, seu Originis eandem habent, Virtus honestas, Paupertas mea licitas, ex his oritur argumentum bonum, quia significatione connectuntur vz Paupertas non est homini quidem, ergo nec mendicij contemnendo. Item Virtus ad celsitudinem evehit ergo si qui honestatem sequuntur illig heredes erunt.

In voce et significatione

3tio Alia sunt Conjugata in voce et significatione et hæc propriè sunt talia. vz Pius, pie, pietas. Doctus, Doctrina, Laureatus Laurea, etc. Sic Ovidius: Aurea nunc verè sunt secula, plurimus auro, venit honos. Et Cicero in Pisonem: Cum ipse omnis illa causa consularis et Senatoria; auditio mihi ops fuerat et consulis et Senatus. Sic Martialis lib 2do. Epig.

Ut mortem fugeret, sic Faunius ipsemet peremit.
Dic rogo num furor est, ne moriare mori?

Praxis altera.

Gratulaturus Tutelarem diem Magni Gregorij. vz Reverendo Patri Gregorio Schil ex Provinciali et, post magna munia alia, nunc Lectori Collegij Roselliensis; laudares in nomine Magnus, dividendo magnitudinem hanc in sapientiam, Virtutem, et dignitatem, ob quæ meritò Per Magnus dici possit.

Amplificatio.

Per Magnum in Magno Tutelari Gregorio. Nomen tuum adeunt veneraturi. Salve Pater Optime, de Academiis, Scientiâ; de Provincia universa, dignitate; de Collegijs omnibus, omnimoda Virtute, hoc præsertim nunc Roselliensi meritissimelator. Non unus splendor, sed de tripplici hac præeminentiâ longe late diffusi radij ne

Conjugata ad eos ad quos ad te pertrahunt, ut qui Sapientiâ eruditos. Religione pios, Majestate imperandi Prælatos maximè superas, Per Maximum hodie Patrem venaremur. Applaudit literarum universitas, Laureatis tuis adoreis, et, cum nihil non adorandum, dignum Laurea egeris, studiosos Athletas in odorem victricium tuarum frondium, diffusa per omnes allicit fragrantia. Applaudunt cœtus Religiosi, Civilesq ordines: colunt Patrem beneficia per omnes sparsa venerantur. Adeo Maximi Tutelaris tui ex asse haud minor Res, cujus incomparabilis eruditio, vigilantia, certissima

Perpetissima, indefatigabilis zelg cum dignissimo Nomine, erudite, vigilanti, zelo ardenti in pectore tuo Locarunt Stationem. Pallen ac tantum benignis coelum favoribg te nobis hodie Patrem sospitati. Tibi sospitati hoc sidere de tua inclumitate nobis de nostra felicitate gratulamur. Gratum enimvero sub Laureis tuis gviescere, fulmen non metuimus. Pie Patris zelo accendi haud feigemg, imperijs tuis dirigi, non erramus. Vive jam Pater Maxime, Rector meritissime, clientes quos submisso gratulationis cultu profusos hic aspicis meritorum ac Magni nominis tui (quod inter alia beneficia corona haec sibi reponit) non dedignare cultores

Conjugata 3tia

Doctorali insignitus Laurea.

Praxis 3tia.

Gratulaturus eidem. R. Patri. Gregorij impetum sumes ex ignea columna cujus indicio Divus Gregorius Magnus in spelunca delitescens, proditus, et ad summos honores scilicet Pontificatum evectus. Argumentum Ignea columna D. Pat. merita tua et Virtutes latere nescias prodit, Ergo easdem prono animo et affectu in te veneramur.

Expositio.

Ignea Divi Tutelaris tui columna meritissima virtutis Index, etiam mihi ad plantas tuas viam demonstrat, et accessum. R. P. R. Rector Collegij Jagellonij, magnis titulis dignissime. Spargitur hic ignis alienis iterum commodis, qui Divi Indicis tui merita, honorum fastigijs intulit. Te de omnibg benemerentem in isdem collocatum orbi non modo nostro, sed et Romano coelo exhibuit. Sane Virtutis et prerogativae coelestis arbiter, qui singulari coeli favore ac Gratia subditij ortum quam non fautissimus, gratiosissimusq extitit. Recolit beneficas has flammas fortunatissimi cursg sui directrices Rhetor, quas dum semper in flumine Eloquentiae navigando respicit, Pharum suam submisso vertice gratulabundg salutat. Prodita censa haec fax, latentes virtutum tuarum imagines, quas dum maxime intra pectoris tui abdita absondis, ut nesciantur; hoc lumine illustrantur ne lateant, detegantur ut adorentur. Quare permitte jam ut debiti obsequij cultum prona clientum deprimat veneratio, quem vel te nolente latere nescius virtutum ac meritorum fulgor prodidit, obligatio nostra ac nunquam extinguendus affectus nobis vitae persuasit. Veteres oleum incombustibile parurunt, teste Lactantio Firmiano

x Divus Gregorius ignea columna proditur Lemnis.

de rebus jam perditis) hoc noster affectus est. Qui semel hoc igne accensus, ultrà perpetuas illas Lampades ardebit, tuiq; memoriam referet gratissimam. Nam Longa æternitas Lampadis Ciceronianæ in sepulchro Tullioliæ filiæ, quæ cum annis arsisset propè 1550 sub Pontifice Paulo III reperta, aëre intromisso extincta est. Lampadi, (quam Virtus et meritum tuum accendit semel) semper honos nomenq; tuum Laudesq; manebunt. Nos dicendo deficiemus, hæc lucendo non extinguet.

Nota Locus hic Dialectici frequens est apud Oratores, frequentem usum habens in Panegyricis, Elogijs etc. ad Delectandum magis, quam ad probanda inventa, unde semper aliunde impetus sumendus, hinc exornandus. Sic Virgilius Æneid. Non captis potuere capi. Ovid. Ut ameris amabilis esto. et illud. Vis ut ameris ama etc.

CAPVT 5tum.

De Genere et Forma.

Definitio Generis Dialectica.

Aliter de his Locis Dialectici, aliter Rhetores loquuntur. Dialectici, Genus sic definiunt; Est id, quod prædicatur de pluribus specie differentibus, in Quid, incompletè. Hoc est: Illud est Genus, quod potest dici de pluribus rebus, naturâ diversis, quod in omnibus, tanquam in illis communis ratio invenitur. Nam ly prædicari apud Dialecticos idem est quod dici. Specie differre pro eodem accipitur, ac notabiliter diversum esse. ut Homo, Equus. ly Incompletè, idem sonet quod partialiter, Ut si dicam, Homo est Animal, conceptum hominis solum partialem pono scilicet Generícum, et incompletum. Homo enim completè est animal rationale. Hæc Explicationis gratiâ, quo ad definitionem Dialecticam, Generis. Nunc in exemplo: Substantia est Genus, quia potest dici de rebus corporeis, et incorporeis. Vg Lapis est Substantia, Angelus est Substantia. Corpus est Genus quia convenit rebus specie diversis vg Animatis et inanimatis vg Lignum est Corpus, aut Lapis, Item est Corpus. Vivens est Genus, dici potest de Vegetativis et Sensitivis rebus, vg de Plantis et Animalibus. Animal est Genus, dicitur de rationali et irrationali. Sic Bru-

tum est

tum est Animal Homo est Animal.

Nota quando Genus dicitur predicari in Quid ea ratione fit, quod interrogati Quid sit res vt Homo? bene Respondeo per Genus est Animal.

Genus tripplex est aliud Dialecticos, aliud est Genus Summum, quod nunqm est Species, tale est Substantia. Aliud est Subalternum, quod diversis respectibus modo Genus, modo Species est. Tale est Corpus, Vivens, quæ respectu Substantiæ utpote superioris est Species, respectu Animalis utpote inferioris est Genus. Nam omne Genus debet habere sub se Species hoc est, plura naturis diversa, sic Substantia habet sub se Angelos, homines, saxa, elementa, et quidquid per se subsistit in rerū natura, omnia habent communem rationem Substantiæ, adeoq bene de illis predicatur. Sic Animal Genus est, quia habet sub se hominem, Equum, Leonem, bovem, asinū, Brevy. Genus infimum, columbam, etc quæ omnia naturis, Specie, seu notabiliter differunt, et in una alia, quæ ratione communi conveniunt, vt in ratione Animalis; et hoc dicitur Genus aquid Dialecticos.

Genus tripplex

Tertium est Genus infimum. illud quod nunqm est Species, vt Animal. Species, licet inquantum ita, ut sub se habeat aliud Genus. Brevy. Genus infimum, quia habet, quod ad sub se nullum habet

Oratores hunc locum non ita stricte accipiunt prout omnino specie diversa continet, sed pro eo quod sit aliquid commune, arbitrio suo et significatione plura complectens: sive ea specie differant sive numero. Itaq Genus hic accipitur pro quo predicato communi, Universali, quod plane ejusdem rationis Generice sub se contineat, vt Atlas. est Genus, continet sub se ytem etates particulares, quæ sunt. vt Infantiam quæ durat ad ytum annum, 2do. Pueritiam, quæ ad 14. 3tio Adolescentiam, quæ ad 22. 4to Iuventutem. quæ ad 42. 5to. Virilitatem maturam, quæ ad 56. 6to Senectutem, quæ ad 68 7timo Decrepitam. quæ usq ad tumulum protenditur.

Genus apud Rhetores quidsit

Item Etates hominis.

Ars est Genus continet sub se ytem artes particulares, Grammaticam, quæ docet Loqui et construere, Dialecticam, quæ docet vera loqui et verum ex alio deducere. Rhetoricam, quæ docet ornate loqui et amplificare. Musicam, quæ docet consonantiam sonorum, et concordi discordia, ad aurium delectamentum sono affectu moderari et voce. Arithmeticam, quæ docet numerum, Geometriam, quæ pondus, et dimensiones adequat. denq Astronomiam, quæ Astrorum cursum, eorundemq influxus considerat.

Item artes liberales

Planeta est Genus, continet sub se septem cœlestia corpora seu ytem Planetas in particulari, quæ terræ majes propiora sidera, motu primi Mobilis ab ortu in occasum rapiuntur, quæ præterea, motu suo naturali ab occasu in ortum feruntur, adeoq contrario, unde

eriam erratica, seo non fixa sidera diuntur. 1 Luna infimum Locum occupat, et lumen a Sole accipit, ultima coelo, ultima terris, Solis discipula, et praetaccedit vel recedit ab eodem, crescens aut decrescens dicitur. 2. Mercurius. cujus orbis cunctorum siderum minimum, Solis radijs fere semper sub est. 3. Venus, quae mane dicitur Lucifer seu Phosphorus, vespere autem dicitur Hesperugo seu Hesperus, Comitatur semper Solem, sub vesperam, mane eundem praeit. Unde illud distichon, elegans:

In coelo Solem semper comitatur eundem,
In terris Lucem cur fugit ergo Venus?.

4to Sol. Ergo illud nobilissimum, oculus universi, rerum omnium Letitia et anima quodammodo, Sole sua orbem superat 166 vicibus. Distat a terra in altum milliaribus 9000000. Intra spacium 24 horarum curru suo conficit miliaria 25360000
5 Mars 6. Jupiter 7timo Saturnus, qui summum Locum inter omnes spheras occupat, Tandem sequitur coelum stellatum seu firmamentum, quod altera distat 800000000 milliarium. Sol una hora in aequinotio currit 36522 3/4 h.e. trecenta sexaginta quinq; millia ducenta viginti tria milliaria Belgia seu leucas quarū illa hora exigunt.

Tripplex gubernandi ratio.

Resp. est Genus, continet sub se tres species speciales Monarchiam Tyrannicam et Democratiam. Monarchia est Principatus unius, in quo Dominator ita est sui juris, ut nec a Superiore, nec a Socio, nec a populo dependeat, sed quo arbitrio dominetur. Suetonius hanc vocat Arbitrium orbis terrarum. Haec gubernandi potestas tenet Primatum, in tribus Speciebus gubernationum; quae si innocua fuerit, Dei typum in terris refert. Nunc Durat apud Romanum seu Christianorum Imperatorem.

Aristocratia est Principatus Optimatum id est ubi non unus, sed multi in precipui Resp. administrant. Talis forma imperij erat quondam apud Romanos apud quos Senatus cum Consulibus adjuvante ordine Equestri regebant imperium, Vocatur Libertas, durat nunc in Veneta Resp. et in hoc Regno nostro imperant.

Democratia est Imperium populare, seo Dominatus populi: qualis olim fuit apud Atheniences, nunc apud Helvetios, ubi plebs de suo gremio sibi officiales creat, et in temporum difficultate (puta bellorum, invasionum etc) deligit sibi Duces proponunt.

Ex tripplici hac gubernandi Forma consurgunt aliae Species mixtae ut Aristocratico-Monarchicum, in quo non caput solum, nec Optimates soli, sed simul communicatis consilijs a se invicem dependentibus, gubernant imperium. Ut si Rex nihil posset, sine Senatu, sine Equestri ordine

ordine, nihil isti omnes sine Rege aut Principe: sed omnes omnia. etc:

Usus Practicus.

Locus hic Dialecticus a Genere revocat in memoriam Rhetim et Hypothesim; Distributionis figuram, item affinis est alteri Loco scilicet Totius etc:

Usum habet hic Locus tunc, quando particularis Propositio in Quæstionem venit, probabitur optimè ex Genere: Hoc est Subjecto aut Prædicato Propositionis tuæ dabis rationem ex ipsius aut Prædicati, aut Subjecti Genere deductam. vg Sit Propositio: Eloquentia Lectione et Exercitatione acquiritur. Primo. id de quo ram sit Genus Subjecti? id est Ly Eloquentia sub quo Genere stet, vg Artis? Eloquentia enim est Ars bene dicendi. 2do Videan conveniat Generi, id quod de Propositionis tuæ Subjecto dicitur. scilicet an Artes (in abstracto Loquendo, id est de nulla in particulari) Exercitatione et Labore acquirantur? invenies quod ita; dic itaq; et Forma argumentum: Artes omnes Labore et industria obtinentur Ergo Eloquentia exercitatione acquiritur.

Hac Formâ habitâ jam Liberum est disponere Exercitationem Rhetoricam in plures vel pauciores partes, Hunc vel illum Modum, Syllogismum aut Inductionem etc: Res parata est. Sit Syllogismus sequens:

Mai. Artes non nisi industria et Exercitatione acquiruntur. Ratio Maj. Patet id enim in Mechanicis seu illiberalibus vgin Victoria Pallestrica, Statuaria, etc patet in Liberalibus Musica, Arithmetica etc Min. Sed Eloquentia est Ars. eaq; Liberalis, Magnifica, etc Ergo Eloquentia Exercitatione acquirenda est. Syll. Dial. 4 de Studio Eloquentiæ.

Praxis.

Propositio. Sapientis effatum est, Nemo artifex nascitur. Labore et industriâ præclarissima hæc vitæ subsidia comparantur. Aud. Subtilis ingenij acies occulta quædam, et velut in semine sepulta reserat, volvit Memoria, digerit Ratio, disponit Prudentia, sed continua exercitatio ad perfectionem deducit. Invenire Laboriosè, progredi molestia, possidere et assequi laboriosissime mentis gaudium et tranquillitas est. Alacrites animum instruit, suppeditat vires conatus frequentati auctus Habitum, perseverantia pertinax, superatis paulatim difficultatibus curiosam illam

et gratissimam generat facilitatem. Sic in Labore quies est in quiete labor, sed hic gratissimus, quia opulentus quando quæritam copiam, artis industriam stabilem donat hæreditatem. Disciplinarum omnium hic trames est, communis ad

Thaletis Ratio

artes semita. Vide non unus tractus per tabulam Pictorem; sed an nulla dies sine linea, exercitatio Apellem orbi donat. Non genius noctis vigiliæ, aut modica sub frigido Jove statio militem; sed cujus tota ætas in arduo, indefatigabilis industria Heroëm fecit. Audi Numanum illum Italum apud Poetam de suis gloriantem.

Pictor

Achilles strenuus

Virg. Aneid. 9. Ver. 603.

Durum a stirpe genus natos ad flumina primum
Deferimus, sævoq; gelu duramus et undis,
Venatu assecuti pueri, silvasq; fatigant. Hæc pueri.

At patiens operum duroq; assueta Juventus
Aut vastis terram domat, aut quatit oppida bello
Omne ævum ferro tenitur, verbâq; juvenum
Terga fatigamus hastâ: nec tarda Senectus
Debilitat vires animi, mutatq; vigorem.
Canitiem galeâ premimus, semperq; recentes
Convectare juvat prædas et vivere rapto.

Hæc quæso militis hujus constitit gloria, ex non labore, et exercitatione? qui ubi senell stadium puer ingressus, juvenis haud destitit, vir vires intendit, sedulo non retulit, donec vel inter canos virentes frondescerent Laurea et prima rudimenta juventæ in sene coronarent. Non fortuita Scalpri tractatio Statuarium sed indefessa requisitæ proportionis observatio, lineaarumq; de centro in circumferentias ductus frequens manum expedit, operantem facilitat, consummat opus, artificem probat, et perficit. Nunquam Orpheus (ut cæteras liberales taceam artes) nunquam Citharœdus Apollo, qui non assidua digitorum agitatione, acutas cum gravibus voces componere, discordi harmoniæ concordia, ad numeros nervum tangere, intendere et remittere longo usu didicit. Succum in floribus inveniunt apes sed continuo pedum et præsidis officio

Statuarius

Musicus.

Apes laboriosæ sunt

Virg.

Ligventia mella
Stipant et dulci distendunt nectare cellas.

Natura rerum omnium fœcunda mater, semina sparsit, menti indidit, quæ sine ejus

cultatione

citatione torpent, sine motu sterilescunt. Hæc studium excitat, provocat industria, ni-
gat sudor, in fructum uberem promovet solertia. Regit terrum, domat saxa, Minor.
humana inventio, ferreos animos et saxea corda emollit Eloquentia, et sanè quan-
to hæc vincere et captiva ducere majoris victoriæ est, tanto illa magistra nobilior,
cæteris præstantior, ars artium eloquentia est. In Liberalibus nobilissima illa, utpo-
te quæ manuum, sed solius ingenij ministerio peragitur libertatem suam in omni li- Laus Artis Liberalis.
bero populo exhibet et probat, libera illa in curijs, gravis in Senatu, majestuo-
sa in populis, in omni liberâ gente magnifica, quæ liberos cives facit, liberali pla-
ne donativo ipsa sibi soluta Faundia. Si captivi redimendi, aurem deficiat, persua-
det Eloquentia; hostis petendus, torpeat manus, vigorem reddit Faundia. Ars
artium et animorum Eloquentia etc etc Quare si Thaumaturgam dixeris, Conclusio
non erras; si potentem Imperatricem nominas non fallens; in hoc uno decipies, si
absq Laborum impendio, absq molimine et conatu continuo, absq indefessa indu-
â et cura, demum absq continua exercitatione, lectione et studio eam acquire
re ne dicam conservare, diu te posse confidas etc

Nota Locus hic a Genere plurimum valet pro Orationum etiam longiorum
curijs; hoc enim Eloquentiæ in usu est, principium ad particularia descendat, uni-
versaliore quodam discursu Auditorem capiat, et attentum reddat. Et hoc est quod
in tabulis Davij Cap. 6. lib. 2mo. sub Hypothesi et Thesi dicitur, excellens Ora-
tor semper cum possit, controversiam a personis et temporibus avocat. Hoc est: qui
universalissimis principijs, generiusq discursibus, a materia certa abstractis sensim
Auditorum animos, ad particulare aliquid concludendum, sub eoden genere inclu-
nat. Itaq Locus hic ut jam innui coincidit cum Thesi revocanda ad Hypothe-
sim. Cum Enumeratione Partium probanda ex Facto etc et hoc pro omni Gene-
re et statu valet Demonstrativo. uti patet in priori Praxi. Deliberativo, ut
si Devotiorem in templo, aut modestiam persvadere velis, Argumentum seu Ratio-
nem a Genere dabis, quia est cultus Dei. In Genere Judiciali ut si civium-
re velis non esse tolerandos Partaros in regno nostro. Ratio a Genere Quia
non bene fidtur infidelibus, tales sunt illi. In Genere Demonstrativo. velles de-
fendere quod Regnum nostrum, maximè incrementum sumat ex Religionis cultu.

Ratio, quia omnia regna firmat pietas, in flore vera Religio conservat, sine qua nulla diu stare valent imperia.

Nota 2do Regulæ hujus Loci sunt sequentes: Quidquid de Genere dicitur, etiam de Forma seu Specie contenta dici debet, ex Virtus diligenda est, Ergo et Justitia amanda. Item quod Generi non convenit seu de eo negatur idem de Forma seu Specie negari debet, ex Vir Sapiens nullo debet vitio laborare. Ergo nec Avaritia in illo locum habere debet.

Praxes ad hunc Locum colliges si voles plurimas et observabis in Orationibus Panegyricis potissimum in earundem exordijs, in quibus generalis discursus premittitur antequam ad particularia descendatur. Communissimum hoc in funebribus, in quibus a communi fatorum necessitate ad defuncti Laudes, amicorum solatia transitum facimus. Accipe Fragmentum.

Praxis

Solaturus aliquem ob amici obitum, forma Propositionem ex Amicus defunctus flendus non est. Ratio a Genere. Quia communis fatorum necessitas id exigit ut quivis exploso vitæ cursu huc tendat.

Expositio.

omnis morimur. Cuilibet communi ætati ultima ferreo indementis Libitinæ stylo inscripta Periodus. Mod. Hæc infantiles vagientis ævi infestat cunas, hæc primo veriantis ævi flore pubescentem adolescentiæ plantam fatali ferro intercidit; hæc maturioris ætatis provectiorem senectam, fatali includit sandapila. Quis contra frontes Parcarum vultus stare audeat? adamantina opponat mœnia ferrumque illæ, et inevitabili telo metam, universæ naturæ prefigunt. At primæ vitæ introitu velocissimo fatidentis ætatis passu in fata properamus viatores. Nec quisquam avaras fugit fatorum minas; Hæc Regum nitenti pulveri purpuras, hæc sceptra Ligonibus æquat, hæc mista senum ac juvenum trahunt funera. Hodierno ferimur omnes decreto: moriendum est; ubi primum vitales auras flebili voce salutavimus. Simul ac in vitam edimur, simul in fatorum pereuntium tributarii urgentis Libithynæ piaculo condemnamur primi reigm nati. Primus hanc Legem infregerit, non divina sanctissimæ mitigant illam Pontificum

Jiare non Victrices

Tiare, non victrices Cæsarum aquilæ coiuerunt, non Regum, flectunt Diadémata, non Principum dissensiones, cum illustri sanguine splendor eluit. Omnes eò ém conniuere: Quare si N. N. tuus Patrum viam mortalitatis communem semitam ingressus debitum persoluit, non dolore sed rectius bene precari conuenit. Stationem hanc decerni it, qui munere suo perfunctus, per rectè factorum officia meliorem jam inuenit. etc

Quæstio Capitis.

Quid sit Species? R. Species apud Dialecticos est id, quod Prædicatur de pluribus solo numero differentibus, in Quid completè. Dicitur prædicari in quid completè quia interroganti quid est Petrus? bene respondemus per unicè tum completum seu totum, est homo. Itaq; dum dicitur Homo est animal rationale; Ut Animal est Genus, quia multa continet, differentia Specie, Quia rationale est differentia, quia distinguit hominem ab omni animali alio, Homo est ipse res, quæ Genus et Speciem continet in se, est q; conceptu adæquatus totus, completus, adeoq; ipsa Species seu Forma. Hæc est Genq contractu ad certam Differentiam, seu Formam, constituit perfectam rei imaginem seu Speciem, sic dum dico in abstracto, Animal: necdo quod illud quia ad millenas formas, contrahi potest: si Ergo contrahan ad certam, vg et dicam Animal rationale Animal Latrabile etc. sum certus de quæ re sit sermo, et habeo Speciem. Dicitur ergo prædicari de pluribus numero differentibus, quia Species seu Forma licet sit sub Genere est tamen in se adhuc quid commune et continet plura seu pluribus conuenit, solo numero differentibq. Hoc est quæ non differant notabiliter, seu Specie, sed solum pluralitate, in eadem et simili natura. Sic Homo Species est, conuenit Petro Paulo Andreæ etc qui omnes, hoc idem habent commune, quod sint homo; Scilicet idem Genus et differentium, solum unitatibus seu Individuis distinguuntur. Hinc patet aperte Discrimen inter Genq et Speciem, quod illud Diversa in natura, contineat, vg Animal Hominem, Bovem, Equumetc hæc verò diversa solum in numero. Plura quæ de Specie Dialectica dicenda sunt ad Logicos pertinent.

Quid sit Species.

Apud Oratores Species seu Forma, brevi definitur, quod sit pars Generis
secta. Ie est Res aliqua certa, exis- que sub Genere continentur, vg Ars in abstracto
Genus est; Rhetorica vero, aut Dialectica etc est Species, quia habet, Generica ratio
artis suam differentiam seu Formam, scilicet bene dicendi et talis Ars Rhetorica est.
Item, Virtus, in communi seu abstracte Genus est, si contrahatur ad reddendum u-
nicuiq; quod suum est, sit Species; hoc est Virtus certa, vocaturq; Justitia, sic de
reliqvis.

Usus Practicus.

Argumentum a Specie seu Forma eodem mõdo sumitur et formatur, sicut a
Genere, cum hac differentia; quod, in priori Loco Propositio particularis, probetur ex
ratione Universali seu Generica: Hic vice versâ Propositio Universalis data, seu
pro materia accepta probatur, per particulariorem. vg Si Virtus Laudanda est, ergo ne-
vio colitur Justitia, donatur Temperantia etc Coincidit hic Locus argumentandi cum lo-
co Totius de quo jam satis supra. Vide Cap. 2do. in Usu Locus Practico. Item
coincidit hic Locus, cum Ascensu ab Hypothesi ad Thesin, de quo etiam satis tum in
Prolegomenis tum alibi sparsim.

Praxis.

Vis probare hanc Propositionem Generican, ex Predicato; Solertia vincit ar-
dua: Vel si placet Generican ex utroq; scilicet Subjecto et Predicato: Virtus vin-
cit ardua. Da rationes seu argumenta ex Specie seu Forma, id est ex iis, quæ
ardua sunt vg Arduum est domare feras, fundare imperia, bene fundata everte-
re hostica sint, aurum e profundissimis & terræ visceribus eruere, moles grandes effun-
ere, obstantia alpium juga, cautes Marpesias perrumpere, artes difficillimas, scien-
tias subtilissimas assequi etc Sane ardua sunt; hæc vincit Solertia. Inventâ
Enthymema Dialecti- cum. materiâ dispone argumentum vg Solertia domat feras condit regna etc etc:
ergo vincit ardua, superat omnia.

Exornatio. Mira vis citharæ Orphææ si vatibus credimus; major Soler-
Seneca in Hercule furente Choro 2. tiæ potentia est N.N. Immites illa potuit flectere cantibus umbrarum dominos etc
Quæ sylvas et aves saxaq; traxerat, Ars quæ præbuerat fluminibus moras, ad cujus
sonitum constiterant feræ etc Solertiæ hoc munus est, cui nihil ingratum arduum est. Hæc

feras domat

feras domat, et mitteres efficit; hæc regna condit, et in communionem dispersum orbem congregat; hæc maria navigat, scopulos evitat, declinet charybdes, fortunatissimo celeus matre portum ingreditur. Obstent Caucasea rupes, si gloria quæratur, solertia nodum, quo rum pantur invenit. Lateat inus sub montibus aurum, si necessitas urget, aut æmulet cupiditas; solertias viam qui in lucem producatur adinvenit. Terreant mille difficultatum molimina studiosum Athletam; solertia aspera, delinit, complanat ardua, dura emollit, alta superat, abdita perspicit, superat universa. Hac arte monstrorum domitor Hercules, expugnator urbium Achilles, triumphator Cæsar audisti etc. Quid igitur est, quod in rebus humanis te terreat? credisne? Labor improbus omnia vincit, frangit diamantes durior, ferrumpit obstantia, per ruinas ipsas viam ad gloriam, per asperæ, jucundam, per dura mollem, et gratissimam insternit semitam. Hæc, solertia si indefessa superat, si indefatigabilis, transcendit, si continua triumphat. Hac ductrice mortalium uti erta est, si vel cœlum ipsum in tua jura transferre satagas etc

Praxis altera

Occurrit propositio Universalis de Subjecto vel Tota vita N. N. Defuncti, virtutis idæa extitit, sic procedes, ex forma seu particularibus.

Vixit ortem hunc suis ditavit natalibus, et jam cum aperte virtus susceperit inter sua brachia strinxit, et hæc ipsi infantiæ statim cœleste nutrimentum dedit. In quero, puerile nihil præter ætatem vidisse, mores vel tum jam virum ostenderunt, fortem illum, qui non cederet, mundi blanditiis, non frangeretur adversis, secundis nimirum trahetur. Crevit hæc viola veris primi gratia tanto carior omnibus, quanto nobilior, innocentissimus flosculus futuræ ætatis dioriferam promisit majestatem. Nec fefellit uberiorem messis spes in adolescentia, cujus præconem et prænuncium nacta inter puerilia infantiæ rudimenta, cœlestem planè ætatem. Sic crevit nobilis planta (quam virtus alimentis ætate rigabat semper) paulatim in arborem, quos fructus hic sperares si non optimos? qui ubi cœlo semel admisisset, una cum arbore illos terræ abstulit paradiso rectius implantandos. (Sic datur locus excurrendi in virtutes speciales, hos fructus bonorum operum, v. de pudicitia candidos, v. de verecundia rubicundos, etc semper bonorum bonæ bonæ nominis insignes fragrantia, famæ optimæ cœli ex integro delicias) Quare quid aliud in vita ejus universa, quam virtutum exemplar, ac idæam absolutissimam spectare licuit, qui etc

CAPVT 6tum.

De Similitudine et dissimilitudine.

Quid sit Similitudo

Respondetur ad primum. Similitudo est duorum vel plurium quæ ad se distinctorum in aliquo tamen convenientium rerum collatio. Clarius. Similia sunt, quæ cognoscendi non sunt rerum idem, habent tamen aliquid commune sibi, in quod convenient, vt Avaritia et Hydrops quæ ad se sunt duæ res diversæ; conveniunt tamen in hoc, quod Hydrops in infirmo continuam sitim, et avaritia verò in divite continuum desiderium habendi et cu-

Quo plus sunt potæ citò

piditatem majorum opum exitat, juxta illud: tam deest avaro quod habet, quam quod non habet. Vnde hanc Similitudinem Horatius lib 2. Serm. Satyra 1. sic adornat:

Avaritia.

Tantalus a labris sitiens fugientia captat,
Flumina, quid rides, mutato nomine de te
Fabula cantatur, conjectis undiq saccis
Indormis inhians, et tanquam parcere sacris
Cogeris aut pictis tanquam gaudere tabellis
Nescis quid vetet nummus, quem præbeat usum.

Gloria.

Sic umbra et Gloria humana similia sunt; quem admodum enim umbra corpus sequitur, sic Gloria virtutem comitatur. Vnde dicitur, Gloria Virtutis umbra est. Alta dignitatum nomina similia sunt turrium fastigijs; quia sicut, hæc venti et procellæ in se

Dignitas.

sic illa fortunæ ludus sentit, et sæpe numero præditur dirruit, juxta illud: et subito ea ne quæ valuere, ruunt. Item. An nescis altas arbores diu crescere, uno momento extirpantur: sic honor sic dignitas, quo tanto molimine exaltatæ sunt etc. Animus humanus similis fœcundis segetibus et frugibus, nam his semet omnia ubertas:

Animus.

illum, immoderata felicitas deprimit, ne cœlo assurgat. Amicitia vera similis auro, hoc igne magis splendescit, illa adversitatibus probata ostendit num vera fuerit. Sa-

Amicitia.

ta illud

Scilicet ut fulvum spectatur in igne aurum.
Tempore sic dubio gestat amicus opes

Huc pertinent omnia ea, quæ cum aliis rebus, cujuscunq ordinis et generis sint, ja aliqua proprietate conveniant, sic Homo providus admonetur Formicæ, quæ æstate colligit, quod hyeme comedat, Iracundus Leonis Virtus florum fragrantia, Pudicitia Lilijs, Constantia Rosis, Mansuetudo seu Humilitas violis.

Nota ad simi

Nota. ad Similitudinem duo requiri. 1mum. Ut sint duæ res distinctæ seu diversæ: nam Similitudo semper est inter plura id est ad minimum inter duo. 2dum. Ut hæ duæ vel plures res in aliquo secum conveniant i.e. ut habeant proportionem quandam seu affinitatem non quidem in natura, sed in aliqua Qualitate. Vnde dicitur: Similia sunt quorum qualitas est eadem. Item. Omnis Similitudo claudicat. i.e. Similitudo non requirit omnimodam convenientiam rerum, sed sufficit si in aliqua saltem Qualitate conveniant. Requisita ad Similitudinem.

Nota 2do. Similitudo duplex est. Alia Simplex quæ est duarum rerum in aliqua affectione convenientia, tales sunt supra adductæ. Altera est multiplex seu Composita, vocatur, Conglobata Similitudines quando uni alicui rei plura assimilantur. Modus sic loquendi aut scribendi, ab Oratoribus vocatus Inductio Similium. confert multum, ad delectandum et persuadendum. Ex. Propositio Inductio Similium quid sit.

Homini ignaro et imprudenti non temere salutem tuam committas. Expositio. Is qui naves aliorum merserunt, nemo facile suam commiserit. qui alienos equos, negligenter curavit, si suos nemo tradident: qui parum diligenter terram suam excolut, nemo credidit alienam: Ita profecto qui suam ipsorum salutem aut aliorum nihil fecerint ijs tenere committes tuam. Ignavus.

Item. Gratissimus solis in occasu aspectus, poma cum fugiunt, sanitas amissa suspiratur: ita amicus abiens. Juxta illud: Bonum non nositur nisi amissum. Disciplinam Disciplina severior.

Seneca severiorem sic commendat: Gemmat animos amœnitas nimia, quamlibet vitam patiuntur jumenta, quorum durata in asperis in ungula. Potior miles ex contagioso venit, segnis est urbanus et verna. Nullum laborem recusant nervi, quæ ad arma ab aratro transferuntur, in primo deficit pulvere ille unctus et nitidus. Vnde Sarbievius lib. 1mo Oda 20: Pulchro Quirites pulvere gaudeat, impulsis æthas et strepitus et minas jam nunc et audaces tumultus, de tenero meditetur ungvi. Vesos primum sanguine gestiat inter cadentum signa: Ney eligat, quo casa post pugnam reclinet, collato scidis somnum, commendet armis, aut dijecto super effusus etc.

Vide plura in idem argumentum apud Horatium, apud præeminentem Poëtam, de necam, aliosq passim authores.

Vsus Practicus

De Similitudine tractanda supponi multa ibi dicta, in doctrina de Chria, et vix opus

plura de illa in medium adducere. Cum enim Logg hic Specialem Difficultatem non habeat, minus esset immorandum. Quia tamen elegans est, multumq; faciat ad conciliandos animos (juxta Cosinum enim Similitudine mirifice capiuntur animi) aliqve dicenda adhuc restant. Tractatur Similitudo variis modis apud Oratores.

Similitudo per modū Definitionis. Imo. Per modum Definitionis. (ut sub primo loco dictum est) quando Similitudo cū re conjungitur, et per modum unius effertur, sine ullo signo Similium appositio: qualia ig na et notæ esse solent, Sicut, quemadmodum ut, pari ratione, non aliter ac sic etc. Ita Virtutis cos. Formidabile fulmen belli Scipio, Sinca dirutum Hyperidis, Facundo socius vehiculum in via. Tale et illud Stradæ nostri de bello Belgico, Quoties mo ta est sacræ religionis anchora, totius fluctuavit magnæ Belg. navis. Religio. Hic modus Similium præcipuus, elegans magnumq; pondus habet in stylo sucineto, Senecæ familiarissimus. Quia multa paucis complectitur. et delectat. Huc referuntur omnes orationes Allegoricæ, quia Similitudine constant, et quodammodo naturaliter fluunt.

Praxis.

Similitudines hoc modo adductæ, id est Definitivè expositæ si plures ad unam rem exornandam conferantur. Similitudines congloßatæ dicuntur. Argumentum sic disponitur: vg inventâ Propositione vg Vita hominis brevis est et anceps. Quære amo. quæ sint talia quæ brevitatem ostendant, et præscire rant? Scilicet ea, quibus v minimum nocet, etc: vel quod subitò disparet aut finitur etc. Talia sunt Ludus, scena, aura, arundo, fumus, etc: Ego Dissimila et dic quemadmodum fumus cito deficit et evanescit; sic vita hominis ab oculis cripiturcet. Vitæ brevitas. 3tio aufer particulas ut definitivè efferas et dic. Vita nostra fumus est, ipsis videntibus, imo vix advertentibus disparet.

Amplificatio. Quid vita nostra est Ludus? Scena et Ludus; cui quandiu durat (et hoc breve) mundus hic pro theatro est, in quo æterna mens Magistra dramatis; tu ut suis constet officijs bonum exhibe actorem, juxta illud, quod in marmore cujusdam juvenis defuncti Legitur; Vita est Scena.

Actores sumus, hic Comicus, vel ut ille Tragœdus
Hic fert personam militis, ille Ducis:
Nunc spectator abi, mea jam persona peracta est,
Si malus Actor eram, tu bonus esse mode.

Bonum ingen

Bonum inquam autorem exhibe, dum flet, non doleas; dum emis non possideas: dum jubes, sis sine imperio; dum uteris rebus, sis sine usu, dum objurgaris, sine vindictis, dum objurgas sine ira. Vita aliena enim in theatro agenda est. Magister dramatis. quid si non Deus est, quam dedit ipsum et representa personam aptè: Ecquem dedit? non quæras longam, egenam dedit non ætas Regiam, sit Magister dramatis quod cui expedeat, dicere ipsius est? tuum bene agere. Enimverò non in hoc Laus quod quis representet Principem, sed solum quia bene quartumvis mendicum. Deinde si prologum bene, facetiarum et Catastrophe seu finis similis Laude respondeat, idem sit in actione, quod in ore, idem in opere quod in doctrina;

Praxis altera.

Superius datam propositionem, de vitæ brevitate per similitudines conglobatas, sic expones.

Expositio. Vita nostra quid est Dædalus, nonne carmen est? cui vel syllabæ sit jam defuit. Nonne informa Proles et structura? quæ subito casu dum valuerunt, certè Clepsidra est cujus incipere est ad interitum properare, cujus singula grana, seu momenta conferunt in vitæ diffugium, flos Anemone est, aut brevis usus in illo; vix oritur, moritur, prout Poeta de eo cecinit, Anemone floret ver est una nox, hæc viget, viret, floret; sed ætas una lux. Brevis lux vita est, sit bona, et sic longa satis. Vis Citharam dicere, gratus prout Fidicen velit remissâ vel intensâ chordâ Tudat Deo. Luna est, nunquam in statu, Lampas est, momento extinguitur uno, juxta illam inscriptionem:

Paulatim morimur, momento extinguimur uno,
Ut Lampas oleo deficiente perit,
Ut nihil interimat, tamen ipsi in tempore mors est,
Sic omnes una dum capimur morimur.

Sic sane, Vita Lucerna est, quam diu potentis manus volet, lucebit. Folium est, quod vento rapitur, navis cito transiens, tu vide ne Palinurus indormias, sed potius vigilans Navarchus portum teneas, scopulos eludas. Vita Pila est, jactari, nata, Organum est, auram exclude, tacebit. Allium est, non nisi cum Lachrimis amatur: militia est semper inter animi corporisq; conflictu posita, Arundo est, a quantum

venti Ludibrium, Vita quid insuper est? Si ætatem duis hominem exporta, si aurum gutas, gondola actiones, quanti eas Dolus facit. Hinc forte telam araneam asseres, quæ si tenui flatu rumpatur, quâ manus reficiet? Arborem dius fructus ostendo, ne forte pro illicione inferni reservetur, si malos ferat, securiq; ad radicem posita sit. Si Avis est cito avolat; si Atomus est vix cernitur, si Rosa citò luxuriosa cito evanescit: si Aqua est facile dilabitur, et quis illam colligat? Si bellum etiam armatis, et bene instructis periculosum; quid de tè? Si Bulla pro nihilo habetur: si Carcer, angustus est illis, qui ad libertatem ~~celestem~~ cœlestem aspirant, qualiter illa anima dicebat,

Terra quid est, nisi fax nisi magnus carcer, et ingla
—Fabrica sentinâ, spissataq; sorde voraro
Decet in hanc oculos convertere, decet amictus
Inficere obtutus.

Dixi quid vita est, vis scire quid finis ejus sit, Speculum est, omnes prodit ex hac una veritatem omnium facile deprehendis.

Plura de hoc Genere Similium suggeret doctrina in Locis data de Allegoria quæ Similitudines ad res ipsas contrahit, non comparando, (quod partialè præstare solent) sed unum de altero enunciando. Item, si non enunciem unum de altero ut fulmen belli est Scipio. sed solum unam partem scilicet ipsam Similitudinem absque nullâ factâ applicatione personæ apertâ, quâ tamen occultè intelligitur, ut Legato Scytharum veteris Alexandri Magni præsumptionem, reprehendere sic Locutus est: Quid tu, ignoras Arbores magnas diu crescere, uno momento extirpari? Vide ne tum ad cacumen contendis, cum ipsis ramis, quos comprehendis decidas, Leo quoq; minarum avium fit pabulum. ferrum rubigo consumit, nihil tam firmum, cui non vel ab invalido sit periculum. Hic Modus Similia tractandi est instar Adagiorum, quia et hæc Similitudine occulta constant.

Castigatio Præsumptionis.

Zdo Tractatur Similitudo, per Prothasin et Apodosin Hoc est per partes duas sibi respondentes, ita, ut propositio seu prima pars argumentum contineat, id est, quod pro Similitudine adducitur; altera vero pars seu reditio continet materiam suam seu Propositum, ut In Semente posita omnis spes messis est. ita totius reliquæ vitæ expectatio a puerilis educatione dependet, qualem enim sementem feceris, talem et metes. Sic Cicero pro Roscio accusatores ansei

Educatio.

Vide et cani

ribus et canibus assimilat; vg Prothasis. Alij in Capitolio anseres et canes, qui quidem hostes noctu produnt, non tamen dignoscunt, siquidem et de die innocuos, et Deos salutantes veientes allatrant, quo quo et crura illis frangantur. Apodosis Salis accusatorum ratio alij enim anseres sunt qui tantummodo clamant, nocere non possunt, alij verosanes sunt, qui et latrare et nocere possunt, cibaria illis dantur. etc

3tio Tractatur Similitudo per Prothasin et Apodosin in unum sensum contracta sine collatione applicatione partis ad partem, vg Felicitas humana vitro similis, dum splendet frangitur. Item Felicitas humana ut rota, preterit et conteritur quid quid praetervolat. Ingenium idem est vitibus et vitijs exuberant nisi falcem sentiant. Felicitas. Vitia.

4to Effertur Similitudo per modum Sententiæ nullo signo apposito, nulla collatione similis rei cum simili, sed Similitudo per modum narrationis annectitur vg Non semper magnæ fortunæ expetendæ nam magna corpora magnis patent vulneribus, morbis magnis.

Tandem, quod ornatissimum est. Similitudo effertur per Allegoriam puram seu mixtam, hoc est quando non comparas unum cum alio sed unum ponis pro alio, vg Cicero in Pisonem: Neq; fui tam timidus, ut qui in maximis turbinibus aut fluctibus Reip. navem gubernassem, salvam in portu collocassem frontis tuæ nubeculam tum collegæ tui contaminatum spiritum pertimescerem, ullos ego mihi ventos, alias ego prospexi animo procellas, alijs impendentibus tempestatibus non cessi. Item alibi: Tandem superatis tot Syllæ et charibdis vorticibus, tranquillum, et bene ominosa malacia compositam limul conspicio vitam, quæ furentis cœli tempestatum minas sereno vultu videns Etesiarum favoni, sibi plenis excepit velis. Fortis animo in adversis. Vitæ tranquillitas.

Quæres unde sumantur Similia? R Universim ab omnibus rebus vg Animatis et inanimatis, a Planetis corporibus ut pote cœlestibus, a fontibus, montibus lapidibus elementis cæterisq; rebus. Sic constantes viri et magnanimi, æstimantur Palmæ deprimi nescia. juxta illud Horatianum Justum et tenacem propositi virum, non civium ardor prava jubentium, non vultus instantis tyranni, Constans animo Hor. lib 3. Od 3. mente quatit solidâ etc si fractus illabatur orbis, impavidum ferient ruinæ. Quo enim palma premitur magis, hoc altius erigitur, sic vir constans etesiæ ad onere. Virtuosus Lauro assimilatur semper virenti. juxta illud Horatianum, Crescit oc- Virtus. Hor. lib 2. Od

culto velut arbor dea, fama Marcelli micat inter omnes Julium sidus velut inter ignes Luna minores. V. Cupresso assimilabis Virtutem quod semper spargat odorem. Gloriã Pedro, quæ arbor cæteras immortalitate superat, Beneficium nominẽ Populo quæ arbor latissimas umbras fauit. Durum et intractabilem honorẽ Querceo quæ citiùs frangitur quàm flectitur, aut Adamanti, qui nullis ictibus cedit, aut Marpesiæ cauti. Hæc similitudine ejusq tractatione.

Praxis.

Gratulaturus, octava Maji sancti Jacobi minoris festivitatem R.P. Præfecto scholarum etc (quod prima dies aliqujn impedita fuerit) Propositionem formans Rhetoricam: In Divo Tutelari tuo Jacobo Minore te Magnum veneramur. Ratio ama. a circumstantijs; quia octavo die et ipse jam Major, Gaudia majora fuit, Dea. ex Similibus: quia in minimis elucent maxima, vt nunquam major Homeri Ilias, quàm dum in nuce includitur. item Maxima Virtus, quæ ad minima se demittit, item Quæ abscondendo et quasi minora esse voluit, aut nesciri; hæc sunt maxima, vt Maximus Olympus quia caput sub nubibus tegit. Pretiosissimum aurum quia sub montibus latet: quæ reperiri.

Amplificatio. Prima Majalis Lætitiæ dies Divum tutelarem tuum hinc rem orbi exhibuit, nos hodie eundem Majorem jam factum prona veneratione tibi gratulamur. P. A. R. Regij Jablonij Gymnasij dignissime moderator. Non sine Numine, nec, concepta inter pectoris fibras, dilata sunt submissi animi studia; quia ut perfectionem quam omnimodam acciperent a veris primi gratijs ad octavum diem, eorum tuitatem suam pervenire debuerunt. Sanè per dies velut gradus, profitientium animorum fervor magis intensus est. qui ubi summum attigit, in vivam flammam qua corda tibi cremarentur in victimam, non potuit non toty obire. Nexat hunc ultrà intra præcordia tegere submissus affectu, quin tibi dete, tibi de tui Tutelaris felicitate gratuletur. Minor equidem in illo videri voluisti, sed esse nequivisti, quia nec Ilias per nucem an gustias Majestatem perdit, quin potiùs pretium majus et dignitatem sortitur linguæ maximam. Vita tua Virtutum Ilias est, tantò orbi notior et clarior quantò magis Latere, et sub minimo tegi voluit. Sic Luna Major spectantium aspectu, quia humilior. Humilitatem hanc tuam si Luminare Majus dicere jam velim, quod minus quod hujus

quod hujus condantur ad ortum cætera virtutum tuarum sidera? quæ hoc ipso sic latendo dies vitæ tuæ demonstrant serenissimos. Proprium hoc Olympi est ut sua culmina celet, descendentibus undis ut ascendant, ex umbra occidente magnitudo, ex tutelam tui nominis Minore, meritorum tuorum celsitudo percipitur. Et sic cum totus Minor ipse cuperes, virtutum tuarum conchylia prodis, dum gretium abscondis. Carbunculos nominavero, obscurum amant. Margaritas æstimen, pretiosa in imo. Coralia dicere vix audeo, nam quæ dum elata rubescant, memo, nec exilis Boëda hæc nostra (quantum vis infra mentum tuum) vultui tuo hanc superinducat purpuram. Quare permitte veltem (nam sic quia ignoscis) ut primo ac tacito venerationis cultu in minore tutela tui Jacobi te Magnum, Virtute, Sapientiâ, mentis ac regendi dexteritate veneremur, gratulemur. Vive jam et hoc submissi animi obsequium paterno favore amplectere, quod multis titulis tibi debitum, obligatus affectus noster dedicat et dicit.

Applausus Poëticus ex eodem Loco eidem.

Primo rubentes qui cupit Majo roses,
Aut nivea gerant Lilia;
Hic mense pleram compiam gratâ legat,
Virtus ubi Majum facit. N. N.
Adonidis nox quære gratias, patet,
Quid Majus hoc festo die.
Hortum mihi vita tua aperit, intro libens,
Et Lustro veris arcam.
Pro purpura rosæ, verecundia nitet,
Candor animi dat Lilia;
Si quæro Solsequium, illud es totus, tuo
A Sole nunquam devias,
Narcissus aut violæ placent? pleno mihi
Virtus tua hæc pandit sinu.
Decerpo gratam copiam qua vertici,
Tuo coronam præparem.

Si serta mortis quis velit reddere suis,
Gemmis nec ostro fulgeant:
Argentum utrig vilius habetur aurum, at hoc
Pretiosior virtus nitet,
Hæc laureas capiti virentes dat tuo,
His te triumphantem colo.

Apologus. Nota pro hac Doctrina, ad Similitudinem referri repertia: Imo Apologum qui nihil aliud est, quàm inductus discursus familiaris inter bruta, cum applicatione ad humanos mores per Similitudinem. In his excellit Æsopus. Huc pertinent Parabolæ, quæ sunt instituti discursus inter creaturas rationes compotes, quæ licet facti non fuissent, potuerunt tamen fieri, dici, et verisimiliter agi, habentq; pro fundus ob Similitudinem præsentium rerum. Talibus frequenter usus Christus Dominus in Evangelio de Verbo Dei, quod assimilavit semini bono. Exijt qui seminat: etc. Item, de Vineæ, de Vinea etc. Huc pertinent Fabulæ, quæ nihil aliud sunt quàm narratio rerum, nec verarum nec verisimilium ad delectationem inventa. In his excellit etnicus est Homerus, Virgilius, Ovidius præcipue, Quales sunt de Saturno, deglutiente filios, de Minervâ progenita ex Jovis cerebro, de Tantalo etc. quæ nihilominq̃ secretam aliquam doctrinam continent ad mores hominum formandos. Vide in hoc genere, Fabularum explicationem apud Masenium nostrum in Speculo veritatis oculate, Cap. 20. Item in ejus Palestra Legata. Et apud Natalem Comitem.

Symbolum Huc pertinent Symbola quæ nihil aliud sunt, quàm signa et imagines arcanioris alicujus mysterij significativè propter Similitudinem; seu velata quædam Ænigmata, occultam et reconditam rem significantia, quibus picturis Lemma additur, quod significationem suam picturam perficit, seu denotat. Hæc pictura si per carmen aliquod vg Odam, aut Elegium explicetur fusiq, Emblema dicitur. vg Si Pelicanus pingatur sanguine pullos nutriens, cum Inscriptione: Pro Lege et grege Significat, bonum Ducem, qui etiam suo sanguine subditos protegit etc: Symbolum est. Si hanc inscriptionem opere Rhetorico aut Poëtico illustres Emblema fiet. Si Nuda pictura sit, sine ulla inscriptione reconditam veritatem

indicans me

indicans, more Ænigmatico, qualiter Ægyptij per orbem Solis Deum significabant, Hieroglyphica vocantur, intellectu difficiliora. Ad clarioram intelligentiam istorum omnium ubi occasio et tempus suppetet, Lege Masseniam, in suo Speculo citato. Lib. 3, Cap. 42, 43, etc. Item Pierium, Pavedram, Sylvestrum de Petra Sancta, nostræ Soc. et post omnes Mundum Symbolicam,

Quæstio Capitis.

Quæres quid sit Dissimilitudo? R. Est rerum diversarum inter se collatarum Dissimilis affectio. Seu. Est duorum vel plurium diversitas, sive Disconvenientia. Opponitur Similitudini e diametro ita, ut ratio tractandi sit eadem, sed modo contrario.

Usus Practicus Dissimilium. est idem qui Similium; cum hoc discrimine: quod id de altero Dissimilium negemus, quod uni eorum competere dicimus. vg Ignavus miles Reipublicæ commoda non curat, at probus et vigilans etiam sanguine suo Patriam ab interitu redimit. Unde Axioma: Similium Similis est ratio, Dissimilium Dissimilis affectio. Unde Catullus. Soles occidere et redire possunt, nobis cum semel occiderit una Lux, nox est perpetua una dormienda. Aliud: Brutus occidit Liberos proditionem molientes, at Manlius Virtutem filij morte mulctavit. Plura de Dissimilibus dicenda non sunt, cum tota eorum ratio ex priori Loco satis pateat, et coincidant, cum Oppositis ex parte, de quibus infra.

CAPVT VII.

De Oppositis et Repugnantibus.

Loci hi Dialectici Rhetori campum Amplificationis Latissimum, Argumentationis viam patentem aperiunt. Sumunt Originem ex variis Loquendi modis sive figuris Rhetoricis, vg Antithetis, quando unum uni, v plura pluribus opponuntur. Cum verò vaniè unum alteri, opponi possit, ipsa hæc Oppositio, varia est præcipuè verò Quadruplex.

Prima Oppositio, est Contrariorum. vocantur Adversa sunt, ea, quæ sub aliquo Genere posita plurimum distant, et mutuo ex Eodem Subjecto se expellunt, vg Duo accidentia absoluta Contrariè Opposita, quæ eodem tempore in eodem Subjecto simul et semel esse nequeunt, ut Calor et Frigus, in eadè Contraria.

parte manus, seu in eadem parte Subiecti. Sic Virtus et Vitium conveniunt quod sint Habitus, seu Affectio hominis, potestq; inesse Subjecto utrig, sed nullomodo simul adesse, pugnant secum et pellunt se invicem. Nam Virtus bonos efficit et Laudabiles; Vitium malos et infames. Et Sic Nemo potest esse simul probus et improbus Stultus, et Sapiens quoaddam, calidus et frigidus, eruditus et rudis etc

Immediata

Maxima contrariorum Immediatorum

Scientia fructy.

Nota. Contraria duplicia sunt: Alia Immediata, inter quae nihil medii est, hoc est quorum uno absente necesse est adesse alterum oppositum illi. Talia sunt Virtus, Vitium, Benevalere et egrotare. Horum regula est sequens: Quod uni contrariorum damas negamus abesse. Vg Virtus amanda est, ergo Vitium fugiendum, Ex Labore Scientiae Gloriae messis colligitur, ergo ex Ignavia dedecus et ignorantiam nasci necesse est. Sicere in Sesculanis quaestionibus, probat, beatam vitam Virtute comparari. Sic: Quod cum fatemur satis magnam vim in vitijs esse ad miseram vitam, nonne fatendum est, eandem esse vim Virtuti, ad beate vivendum,

Mediata.

Alia Contraria sunt Mediata, quae medium aliquod admittunt inter Opposita, Talia sunt Album et Nigrum. Nam inter haec duo Contrarie sibi opposita dantur medij colores vg viridis purpureus etc. Horum Regula est sequens; Si unum Subjecto inest, alterum abest. Vg Si dicas: Petrus est niger, bene infertur Ergo non est Candidus, Non autem vice versa, ut Si unum absit a Subjecto, non potest inferri praesentia alterius. vg Petrus non est Candidus malo inferes ergo est niger quia potest esse purpureus.

Nota 2do, Contraria differunt a Dissimilibus, quod Dissimilia sint de diversis Subjectis (id est Personis seu rebus) ut Petrus bonus, Paulus malus, Petrus albus, Paulus niger, Hic Diligens ille negligens, etc Contraria vero pugnant quo ad idem Subjectum, ut Petrus est Albus Ergo non est Aethiops, Omnia studenter discerit, ergo non agit temere etc: Vt vides Contrariorum pugnam circa eundem Petrum, cui dum unum competit alterum necessum est non competere.

Usus Practicus Contrariorum.

Non modo Contrariorum sed universim omnium Oppositorum, Usus et Argumenta sic est sequens: pro Antecedenti accipitur unum Oppositorum, pro Consequenti vero infertur aliud, quod probandum assumis, Vg Vis laudare Diligens studium pro Argumento seu ratione, accipis ejus Oppositum, et effers Epitheto etiam opposito

Laudi vg

Laudi, vg Negligentia et Torpor homini dedecori est Ergo Studium diligens meretur Laudem, et habes ipsam Argumentationem Dialecticam. Sunt praeterea alij modi tractandi Contraria magis Rhetorice in quibus forma Dialectica occultatur: et fiunt per speciales figuras Rhetoricas, praesertim Anthiteta, quae ex natura sua Contrariorum pugna vibrantur, seu contentio. De his satis dicte in Poesi. Anthiteta haec duobus potissimum tractantur modis vg Amo, Dum singula singulis opponuntur, hoc est dum verba verbis pugnant. vg, Cicero in Catilinaria 2da: Ex hac parte pudor pugnat illic petulantia, hinc fides illinc defraudatio, hinc pietas inde rabies, hinc continentia inde furor; hinc honestas illinc turpitudo, hinc continentia illinc libido. Denique Aequitas, temperantia, fortitudo, prudentia, Virtutes omnes certant aduersus iniquitate, cum luxuria cum ignavia, cum temeritate cum vitijs omnibus. Postremo impia cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, denique spes omnium rerum cum desperatione confligit. Vita sceleste.

Alio modo tractantur Anthiteta seu Contraria, dum plura pluribus opponuntur hoc est Sensus sensibus. vg O tempora o mores! olim in desertas solitudines Christiani secedebant conferebant ad comprecandum, nunc ex agris in urbes frequentes commigrant ad computandum, olim egenorum inopiae, erogatis facultatibus serviebant hinc detractis per nefas, tenuiorum fortunis, avaritia insatiata dominatur. Olim archissimae disciplinae Edo, studioq severissimo quaerebantur coelestia, nunc dissolutione damnabiliq temeritate terrena ne dicam inferna petuntur, quaeruntur etc. Frigiditas temporum.

Alio itidem modo tractantur Contraria per Prothasim et Apodosin, magis accedendo ad Argumentationem Dialecticam, vg Vis Laudare Sobrietatem forma propositionem; Sobrietas honestissima Virtus. Ratio a Contrario Nam Ebrietas humanae mentis probrum et summum dedecus est. Accipe hoc pro Prothasi. Propositionem pro Apodosi. Amplificationi materiam dabit. Sententia, testimonium, Exemplum, Similitudo, et praesertim effectus Ebrietatis. vg Horatius lib 2. Epist. 2. Quid nor Ebrietas designat etc: Vide effectus hujus, sub definitionis modo Edo. Illa enim Patrimoniorum vorago, rationis perditio, labilis mentis naufragium, Scylla et Charibdis Virtutum. De hac Scriptura. plures occidit crapula quam gladius. Diutius vixisset Alexander Macedo; si hoc naufragio se maturius subduxisset. etc: Vide Valerium Maximum sub titulis varijs, Sobrietatis, continentiae etc. Praxis.

Apodosis seu Consequens O quam procul ab his scopulis Sobrietas! hic mentis tranquillitas placidi sermonis consilia regit, hic lumen regendi

Fatis illustrat, hic prudentia actionibus rectissimas semitas definit. Nil hic vanum, nil temerarium, omnis in honestate, in Prudentia posita actio est. Valet hic locus maximè Ducibus, ad animandos milites. Vide Livium de bello Punico, de bel. lib 3. Hic vobis vincendum aut moriendum militibus est. praeterea Tacitum, Curtium, Sallustium.

Secunda Oppositio est Privantium sunt ea, quorum unum est Habitus (id est, facilitas aliqua seu aptitudo ad rem istam) Alterum verò ejusdem Privatio (id est carentia in eadem re seu Subjecto, brevius. Privantia sunt Forma aliqua et carentia ejusdem formæ in Subjecto apto. id est quod subjectum hanc formam deberet habere. Talia Privantia seu Privativa sunt, Lux et Tenebræ respectu oculi, Quid sit habitus
aëris, qui eorundem est Subjectum aptum. Vita et Mors respectu animalis. Audita et Surditas respectu Auris, Visus et cecitas respectu oculi Sic vg dum dico Tenebræ sunt, intelligo carentiam Lucis, quæ de se nihil est, solum denotat abesse lucem ex aëre, qui alioquin aptus est, seu aptum subjectum est habere lucem. Sic de cæteris,

Usus Practicus Privantium.

In hoc loco Dialectico, argumentamur ab affirmatione unius, ad negationem alterius, vel econtra. Vg. Mortuus est, Ergo non vivit. Praxis. Impetu Amplificationis. In communis theatro doloris, quid visuri convenistis, Spectatissimi Auditores? Lumen oculorum nostrorum amarâ morte extinctum est. Ocubuere lucidissimæ illæ faces, quæ omnem in partem vigiles clarissimum regno nostro accenderant diem. Lergebant in lumine hoc pede insenso provinciarum civitatum, regni totius felicitas, quando nullo hostis ita occulto cujus fraudulenti doli non traherentur in lucem, nullæ insidiæ adeo ita tectæ, quæ non detegerentur, etc: Nunc superinducta nocte cum Serenissimo capite nostro mortis telo prostrato cuncta in tenebris, ut non immerito illud Ovidianum repetere liceat; Atque jacet quoq; intot lumine lumen habebus extinctum est, centumq; oculos nox occupat una. Sanè nox una cunctis incubuit, ubi Serenissimi hic vultus sua lumina clausit, etc: Quare a lucis ad luctum a plausu ad planctum ad dolorem mœstissimos invitat etc: Sic probares ultra Allegorice procedendo per Privantia, vitam Serenissimi Regis fuisse lumen continuum cujus obitus totius regni nox est. Considerandæ proprietates diei et noctis, effectus etc:

Nota Privantia differunt a Contrariis in hoc, quod Privationes nihil ponant in re, sed solum denotent absentiam formæ, sic mors denotat absentiam vitæ,

in privatis

in privativis unum est forma alterum negatio forma respectu apti Subjecti. Contraria vero ambo positiva sunt accidentia possunta, subesse sibi, ut Calor et Frigus inò simul esse in Subjecto, in gradibus remissis saltem. Vg Calor ut duo, Frigus ut unum Privantia, verò nulla ratione conciliantur.

3tia Oppositio est Relativorum. Vocantur Relata, seu Relativè Opposita, sunt nihil aliud, quàm duo termini positivi, qui se invicem respiciunt. Ideò quorum natura talis est, ut unum referatur ad aliud, ita ut se mutuo ponant aut mutuo tollant, hoc est quorum unum sanino ponit esse aliud. Vg Talia sunt Pater et Filius, Dominus et Servus, Professor et Discipulus, Superior inferior. Tutor Pupillus. Similes Dissimilatum, Cetus Rerum. etc Nam in his et Similibus non potest intelligi, aut esse unum, sine altero; Si enim Dominus est intelligitur servus aut etc in quo dominatur; Si professor debet habere discipulos, si filius, non potest esse aut intelligi sine Patre, et hoc est mutuum ordinem ad se dicere. Regula est sequens, In relativi Posito unus ponitur alius.

Usus Argumentandi a Relativis.

In hoc Genere Oppositorum, Argumentamur vel a Negatione unius Relativi ad negationem correlativi. Vg Petrus nullum habet Necessarium Ergo non est ullius Pater. Nulla habet dominum Ergo non est Serva etc Vg ab Affirmatione unius ad Affirmationem alterius. Vg Vis probare nobilissimum Adolescentem N. Vg Sisibianum esse servum natum; pete argumentum a Correlativo vg Sisibiane Tu verecundus et venerans parentem tuum Dominum. Ergo natus es servus. Hinc Martialis Lib. 2no. Epig. 82.

Sic. Sum Servum scis te genitum blandè fateris
Dum dicis dominum Sisibiane Patrem.

Nota alterum Regulam: quod convenit uni Relato non potest eodem respectu (id est. eadem eandem rationem, seu formalitatem) convenire alteri. Sic qua ratione Pater est aut dominus, hac ipsa, seu respectu ejusdem termini non potest esse filius aut servus. Diverso respectu potest. Unde illud: Duo Patres et duo alii, ce genuit tres lepores; quibus tamen illorum dominum portavit integrum. Sic alia multa diverso respectu alia et alia sunt. Sic ultimus et primus se respiciunt, Major et minus respective dicitur vg coluba est magna avis respectu passeris parva respecta aquilæ aut Struthionis. Sic Vetus et novum. etc Unde velles probare novos amicos non contemnendos (modo probi sint.) ratio, quia veteres non contemnuntur, qui aliquando novi fuerunt. Totum artificium Rhetoricum hujus loci patet ex adductis ejusdem regulis.

4ta Oppositio est Contradictorum. Vocantur Negantia, sunt ea quorum u

num id negat, quod alterum affirmat, seu sunt affirmatio et negatio ejusdem de eorum, quo ad idem vg Petrus est doctus, Petrus non est doctus, Petrus currit Petrus non currit. et: Contradictoria talia nunquam possunt verificari, quia maximè se tollunt, sunto de eodem sub ijsdem circumstantijs, ijsdemq terminorum acceptationibus. Non enim alla ratione fieri potest, ut Petrus hoc tempore hoc loco talis sit, existat, et simul in his circumstantijs talibus non existat. Variatis circumstantijs potest utrumq verificari vt vg Petrus est hoc in loco, Petrus non est ibi in loco B. quia vg est et non est cadunt super diversos terminos et diversas circumstantias, adeoq nulla est Contradictio, quia ut talis sit debet fore circa idem de eodem, eodem idem. Hinc.

Adverte alia Contradictoria in voce alia Contradictoria in re vg illud Vocte Non bene semper olet qui bene semper olet. Contradictionem in voce praeferunt, quia idem affirmatur et negatur, in re verò talia non sunt, quia diversorum Statum appellant vg Semel Physicum, nimirum de fragrantia rerum odoriferarum, alterum moralem de probitate vitae, talia plurima suppeditabit lectio Argutiarum Naserij de fontibus animorum ex Oppositis et Repugnantibus.

Usus Contradictoriorum ut plurimum valet ad convincendos pertinaces qui mirifice Dialectico deduci possunt ad Contradictionem, hoc est ut id negent, quod antea affirmarunt, vel affirment quod antea negarunt, et sic se ipsos captivent, et sibi Laqueum injiciant vg Epicurus dicit: Homines post mortem perire. Alio in loco idem asserit, Homines post mortem miseros esse: Jam sic argumentamur a Positione unius ad Contradictionem alterius vg Epicure juxta te post mortem miseri sunt (hoc negare non potest, quia asserit) Ergo post mortem non pereunt. (et hoc concedere debet.) quia alias perirent et non perirent, Essent miseri et non essent miseri, quod impossibile est, nam qui periit non est miser, et si miser est, non periit. Et sic Epicurus vel in uno vel in altero, mentitur vel in utroq.

Quæstio Capitis

Quod sint Repugnantia? R Repugnantia seu Distantia sunt ea, quæ nullâ certâ lege aut numero dissident, et nunquam stare simul aut cohonore possunt. Dupliciter considerantur, vel enim sunt effectus Contrariorum vg Laudare et nocere. Nam Laus est effectus amoris, sicut nocumentum effectus odij. Vnum Contrarium aliud effectus alterius Contrarij, vg Amicitia cum nocendi cupiditate. Nam amici

Title de Inimicitia

ritia, et Inimicitia seu Odium contraria sunt, Amicitia vero cum Cupiditate nocendi Repugnantia, quia Cupiditas nocendi ab Odio profluit tanquam Effectus. Taliter opponuntur sibi amor et injuria. Justitia et furtum, quod est Effectus Injustitiæ quæ contrariè opponitur Justitiæ, Sic Sanitas et Aegritudo sunt Contraria, Sanitas et debilitas sunt Repugnantia, Virtus Vitium sunt Contraria. Virtus Mendacium sunt Repugnantia, Veritas Falsitas sunt Contraria, Veritas Deceptio sunt Repugnantia. Sic de cæteris. Modus argumentandi ex hoc loco efficacissimus est procedit hoc modo, quod in alijs Oppositionibus præsertim Contrarijs vg ex Positione unius infertur negatio alterius vg Injuria me afficis Ergo non amas, est secundus modus, v. Injuria me afficis Ergo non vocaris bene, est primo modus.

Huc referuntur Disparata seu Disentanea, quæ licet sibi non opponantur. ob naturalem tamen diversitatem, aut diversas affectiones dissociantur ab invicem. Talia sunt Corpus, Spiritus. Bellua, Atomus. Lapis - Lignum. Substantia, Accidens. Necessarium, Contingens, etc:

Nota pro his omnibus Oppositionibus singulorum brevis et distincta differentias a se invicem et ab alijs locis Dialecticis ut Dissimilibus.

Contraria sunt duo Accidentia positiva et considerantur ad idem Subjectum respectu cujus pugnant, ut Albus niger. Privantia pugnant etiam secum respectu ejusdem partis Subjecti, sed non sunt ambo positiva, sed unum duntaxat horum est Forma, aliud negatio ejusdem formæ per respectum ad aptum Subjectum. Contradictoria pugnant etiam secum, quo ad idem Subjectum eadem circumstantias Loci, temporis, personæ, etc Est unum horum forma, seu Esse, aliud verò non esse, seu Carentia, sed præscindit ab aptitudine Subjecti, hoc est ex sua natura nec quærit, nec non quærit aptitudinem Subjecti, sed indifferenter est, negatio alterius, vg Petrus currit Petrus non Currit. Repugnantia habent idem fere quod Contraria, differunt in hoc quod latius pateant quam illa, ut patet ex exemplo Repugnantium. Relativa sunt duo Termini positivi, sed in Diversis Subjectis se invicem respicientes. Dissimilia, nullam habent pugnam inter se, quia diversum Subjectum respiciunt, (licet ipsæ qualitates Contrariæ sint.) vg Petrus albus Paulus niger, etc.

CAPVT VIII.

De Adjunctis.

Adjuncta sunt ea omnia quæ cum re de qua agitur, conjuncta sunt, sed non necessario. Ex his sumitur argumentum non omnino certum, sed duntaxat probabile tantùm. Vocantur communiter Circumstantiæ rerum, hoc est varia rerum dispositio, Contingentia, circa actiones personas, etc.

Antecedentia

Nota Universaliter Adjuncta sunt tripficia Imo vocantur alia Antecedentia, sunt ea quæ rem præcedunt, vt Causæ, Consilia, Consuetudines, Desideria, Promissa, Ira, Podalitas, Alacritas, Suscepta negotia, et Similia quæ conducunt ad rem seu negotium obtinendum, et quodammodo influunt; cæterus connexa sunt et Antecedere dicuntur.

Concomitantia

Alia Adjuncta sunt Concomitantia, sunt q ea quæ cum re simul sunt, vt Locus, nam si res est, debet esse alicubi, nec potest abesse ab omni ubi. Item Duratio seu Tempus, si enim existit alicubi debet tempori esse presens, etc: Huc referuntur Facultas agendi, Socij, Arma, Præsidium; et quidquid cum re ejusq existentia connexum est.

Subsequentia

Aliæ sunt Circumstantiæ subsequentes, quæ rem seu positionem rei sequuntur, vt bona vel mala fama. Casus vel Victoria, Gloria vel Ignominia, etc

Nota 2do. ex alia divisione Adjuncta esse duplicia: Aliæ sunt Circumstantiæ a Persona, quæ illam ornant aut dedecorant: ut Vitæ, Vitium, bona vel mala fama: Aliæ sunt Circumstantiæ seu Adjuncta Rei quæ rem ipsam seu Prædicatum, circumstant, quæ communi illo versiculo explicantur.

Quis, quid, ubi, Quibus auxilijs, Cur, Quomodo, Quando.
Res Persona, Locus Modus et cum tempore Causa

Adjuncta animi.

Nota 3tio. Adjuncta Personæ sunt tripficia. Imo Adjuncta animi quælia sunt, Virtutes, Vitia, artes, disciplinæ, aliæq affectiones. 2do. Adjuncta Corporis, qualia sunt Species decora, Valetudo, Bona, agilitas, dexteritas. Juvenis etc, Vecontra his opposita. 3tio Adjuncta fortunæ qualia sunt bonum et magnum nomen Patria, Genus nobile, Divitiæ, felicitas, & his contraria

Corporis

fortunæ

Hæc Adjuncta seu Circumstantiæ contingenter se habent ad rem. Non enim necessario ed accidit, quod hic talis aut talis; sed contingenter evenit, juxta illud Ete Divesne prisco natus ab Inacho, parum interest. etc. Hæc Adjuncta ab Othijcis vocantur Hominis Bona, vt Bona animi bona corporis et fortunæ Item

tunæ. Item. Quidquid rationem boni sortitur, est natura sua v. Delectabile, vg Bona Corporis, v. Utile, ut Divitiæ, vel Honestum, ut Virtus. Quanquam nulla vera delectatio, nec ulla vera utilitas, (etiam juxta Ethnicorum Philosophiam) quæ non sit conjuncta cum honestate.

Nota 4to. De Particularum explicatione, hoc loco minus nos debere esse solicitos, cum supponam, sufficienter, de his tractatum (ut fieri jam solet) in doctrina Periodica. Nimirum Particula Quis denotare Personam, ejusq; adjuncta; vel Subjectum de quo sermo ejusq; qualitates. Particula Quid denotat rem ipsam seu prædicatum propositionis, quid factum, dictum etc. Ubi denotat locum, viam, publicum, aut privatum, sacrum aut profanum; sublimem aut humilem; amœnum aut asperum; distitum aut propinquum etc: Quibus auxilijs, denotat causas maximè efficientes, ad quam refe- runtur omnia ea, quæ aliqua ratione per modum auxilij, subsidij vel ad rem conducunt. Talia sunt hortatores, laudatores, comitiones, etc: Item instrumenta, sive Physica ut arma, comparata in eâdem, vestes mutatæ in deceptionem. occasiones quæsitæ, vg clanculares conventus, cohabitatio, etc: v. Moralia, ut Jussio, Instigatio, quo aliquid patramus mediante alterio velut instumento. Huc pertinent alia, quæ se tenent ex parte causæ Efficientis et Auxilij ut potentia, Libertas, occasio proxima inclinatio naturæ, colloquia, nocturna, conferentiæ frequentes et similia. Cur denotat causam finalem seu finem, hoc est ipsum propositum agendi; vocatur motivum, quo aliquis movetur impellitur et quodammo invitatur ac pertrahitur se ad aliquid agendum determinet. Item dicimus Quid te impulit, quid movit ut hoc faceres, turpitudinem invitares, scelus amorsere, an timor tenebrosus? hic arcere debuit, ne in pejores æternas ut pote devolvare tenebras, quos amores inter tenebrionum lamenta serus defleas, quo fine hic attrahis quæ ut volubrum, more et fugere præstabat, novitne honestas, sed erubescis: pertraxitne utilitas damna æterna conciliat, meminisse pudebit fecisse. etc: Quomodo denotat modum actionis, qualiter quid fiat, factum, futurum sit. feliciter an difficile, prompte, an ignaviter, timide, an fortiter. et: Quando notat tempus, præsens præteritum et futurum. vg avolavit dulcedo illa, velut aqua decurrens quid nunc superfluum habes? pro præmio pudor, in lucro dolor, in merito supplicium, tanti est præterita præsisse, ut paulò post doleas, dolere nè in futurum intereas. et: Ad particulam hanc referuntur 4or anni partes, Ver, æstas, Hyems, Autumnus. Item partes seu menses anni, qui vel ex nomine v. effectibus

Quis
Quid
Ubi
Quibus auxilijs
Cur
Quomodo.
Quando

suis, occasionem dant conceptui. Item hui referunt partes vitæ vg Adolescentia Juventus etc: Item aliorum occupationes, negocia et studia. vg dum alij libros, pie orati, indulgerent, tu etc: dum alij exantlatis bene imponis diei laboribus, pie qui cerent, vigilatis etc: Ubi vides particulam quando optimi per modum Comparationis, quæ hic simul involvitur.

Usus Practicus Adjunctorum.

Locus hic Dialecticus ad amplificationem magis quàm argumentationem inservit Rhetori, quamquam et hoc præstet, circa Adjunctorum usum hæc insuper notanda, Imo quo occasionem præbeat, formandi propositiones et conceptus, ex variis circumstantijs tum Personarum, tum rerum, officiorum negociorum, quibus rite pensatis facile deducet quod pro re tractanda assumas. 2do ad Amplificationem, viam Latissimam aperit; dilatet, si Petrum Laudaturus es ab eruditione, non modicum confert argumenti Locus Ubi illam comparavit præsertim si publicus, modus quo acquisivit, scilicet idoneum studium, sic de alijs, augebitur Locus et Laudis tractatio. 3tio Uti ex alijs sic et ex hoc Loco Argumentum sumetur, (quivis probabile ut supra dictum) vg Studuit in publicis Academijs, Ergo Eruditionem acquisivit. Tractat juris prudentiam, Ergo causas bene dijudicat. etc:

Nota quod attinet ad primum punctum, de Inveniendis Propositionibus procedetur hoc modo: Si Laudanda persona, vide unde Laudem sumas Quæ sit circumstantia hic et nunc magis eam honestet vg Defuncto Rhetori Scripturus Elogia, considera Quid ille Rhetor, quid tractat Rhetor? Orationes, vitæ et juxta præcepta factus, et suis partibus absolutas. Quæ partes Orationis præcipuæ? seu communes Exordium Narratio, Epilogus etc: Die ita, Vita ejus erat Oratio perfecta cujus Exordium, nasci, vivere Narratio. mori Epilogus.

Praxis Argumenti.

In Academiam doloris ac Luctus apparatus confluxisse video, mœstissimi Auditorium an Lachrimas daturi defuncto Rhetori nondum concludo. Captavit ille in Exordio vitæ suæ benevolentiam, quando naturæ dotibus ab ipsa infantia futuræ probitatis indicia promebat. Optimum illud erat, quia breve; nam ipsa puerilia non diu in puero, qui senilis mores jam tum ut primum licuit naturæ inducebat. Et Proposito optimo nunquam aberrare potuit Oratio, quæ solidissimis rationibus ac pondere virtutis, dicta ac facta consignavit. Tota ejus et major pars Orationis in Narratione posita mirè movebat, maximè delectabat; ad quem nemo malo animo accessit qui non rediret me-

liore si aper-

lioris; Sic apertissimis laudissimisq argumentis, facilè omnium oculos in se convertebat. (hic enumera Virtutes particulares et Bonitas) Tantum valuit Oratoris nostri peroratio, ut non homines modò sed etiam Superos ipsos pelliceret. Verùm qui Deum movere, hominum animos sibi devincire potuit, istas Parcas, flectere nequivit: sed Vitium hoc non perfecti Rhetoris, sed obstinatæ in fata mortalium Lachesis, quæ longissimum Thaetum impatiens stylum infregit, filum orationis præcidit. Verùm gaudeat Atropos de Victoria, si potest, satis peroravit, qui Superos flexit, satis diu dixit, qui benè; Quis quis enim vitam, cum Virtute conjunctam vixit, hic profectò multùm et benè dixit.

In hanc rem materiam copiosiorem suppeditarent varia monumenta Poëtarum, aliarumq Circumstantiarum, aut officiorum; vg Laudando in nomine Eloquentiæ, formando Propositionem nunquam melius elocuty Orator noster, quam ubi conticuit. Probares hoc, quia post fata sola virtus et tum sicurè, ac innocenter peroret. Enumera Virtutes. Alludere posses ad illud Horatianum.

Funera duorum di
Rhetorum Britannorum;
Horatius Et vitis Lethiò jovis,
Jactati cineres, et procerum vigil
Fumantum cadavera
Regnorum tacito lapse silentio.
Nostrum multa moment. Sarb. lib. 2do. Oda 28

Advertit mors Orator optimus, plus movet et docet silentio, quàm loquax Orator eloquio.

Ad idem Argumentum, nominis Notatio conferret Vim et gratiam vg fuerit Laurentius, dicere ex Viridario Eloquentiæ, Parthenijq rosetis ad benemerentiorum Laurus transiit, coronari q Victoriosi ex gratiosa Laureâ dicere (si ostate) maturuit messis. Quid miramur audivisse quod falce Lachesis flos noster succisus cœlesti horreo illatus sit. et: creavit ille, inter omnium et virtutis calores, benignioriq cœli affluentias etc: (probando vitam ejus continuo in bono accrevisse. et: Si mors cautionum tempore contingeret. occasionem dare conceptui: Clementissimas eo hoc uno fuisse Parcas, quæ a Logo scholastica minimè abhorrentes, post labores annuos, ad promotionis vocarunt præmia, ad quietem longam illam et securam. Hanc meruit continuum honestissimæ vitæ studium etc. Hic probares totam vitam ejus virtutis fuisse studium, ex quo multis experimentis Deo exhibitis, meruit cœlis scribi candidatus. etc

Nota Deo ad Amplificationem quod attinet minimè hic immorandum, cum aperte perspicuum hic jam debeat (et ut suppono) abundè sit, ex doctrina de Laudibus quando Encomiastes simplices sensus integri, amplificari possint, ex consideratione Circumstantiarum, Quis, quid, ubi etc Unde quæ et ipse multoties ad Praxim dedi.

et dictavi, hic non repeto.

Nota hic ad Argumentandum ex hoc loco quod attinet, sequens ratio est, ex natura inventâ propositione probandâ vg. Superiores Audiendi. da rationem ex particula Quis quia Superior, et custos Legum. In communitate velut Navarcho in navi, velut dux in exercitu, sine hoc tumultuantur omnia, sine illo periclitatur navigium. Ex Particula Quid, quia imperat honesta, boni publici amans, jubet utilia: Ex Particula Quando dum videt imminere periculum, impendere ruinas, vigilat monet praecavet. etc: Ergo Audiendus est.

Adverte initio capitis hujus divisionem positam Adjunctorum seu Circumstantiarum Antecedentium, Concomitantium, Subsequentium. Hic restat immediata quomodo ex his et qualis Argumentatio deducatur. Ex Antecedentibus sic Invenitur quis, in platea, quaeritur Author rei, qui cum haberi non possit, indicia petuntur, exquiruntur (circumstantiae vg Petrus fovebat inimicitias cum hoc homine, pridie multa minabatur illi (ex Antecedentia) ipsa nocte visus Petrus armatus in platea (ex Concomitantia) Die postero maculas quasdam rubras in balteo aut veste retulit etc: Ergo praesumi potest hic homicida. Argumentum hoc non est omnino certum sed duntaxat, et probabile, quia multi inimicitias gerunt multa minantur, armati incedunt nocte possunt vestem colore aliquo aut proprio sanguine inficere, qui tamen omnes non dicentur homicidae. Itaq; debet ulterius probatio quaeri, et per testes vel per torturas. Circumstantiae tales vocantur signa probabilitatis, Signa vero sunt duplicia, alia conectuntur cum re necessario, et faciunt certum argumentum sed de his Cap. sequenti. Alia sunt non necessario conjuncta, de quibus hucusq; actum, quae proprie non dicuntur Antecedentia et Consequentia, (prout haec constituunt singulares Loci Dialectici) sed vocantur Circumstantiae Antecedentes, Subsequentes etc. Ex hoc loco Dialectico multa argumenta invenies apud Ciceronem pro Sylla. pro Milone pro Sextio Amerino etc.

CAPVT. IX.

De Antecedentibus et Consequentibus.

Quid sint Antecedentia, Antecedentia sunt ea, quibus antepositis, necesse est rem consequi, id est Locus Antecedente necesse est sequi Consequens et contra, si Vulnus cordis necessario mortem antecedit, prudentia Virtutem, arma bellum, culpa poenam. Juxta illud Horatij. Raro antecedentem scelestum deseruit poena pede claudo. Sic a Juventute

bene vel male

bene vel male transacta, reliqua vitæ dependet ratio. juxta illud Spiritus S. effatum: Juvenis juxta viam suam positus, etiam cum senuerit non recedet ab ea. Ex quo quidam Ecclesiastes parentes sic alloquitur: Vultis scire Parentes, quales olim futuri filij et filiæ vestræ? attendite ad eorum studia et mores pueriles; tractant aleas et lusoreas charta? aleatores, et tandem fures ne fiant merito timete. Tractant pocula et patinas gulones videbitis. Tractant specula, vestium novitates admirantur et quærunt, superbos et comptulos Veneris alumnos altis. Tractant ovaria y libros? pios studijs addictos fore non male omineminj. Juventus male instituta.

Adverte jam Differentiam hujus Loci ab Adjunctis, Antecedentia cum Consequentibus necessario cohærent, vg Cicatrix cum vulnere, Livor cum percussione, fumus cum igne Sol cum die etc. Adjuncta vero solum probabiliter cohærent, ut Ambulatio nocturna, cum occisione. Hinc certum Argumentum: Rex est Sol hodie, ergo est dies. Veritas. Dies est ergo Sol oritur est. Differentia.

Usus Practicus hujus Loci

Ratio argumentandi ex hoc Loco eadem est, quæ ab Adjunctis, de quibus supra. Tota Differentia, est, in argumenti firmitate et probabilitate. Vg Antecedens probatione ponitur, Consequens ut intentum infertur. Sic Cicero probat Clodium struxisse insidias Miloni. vg Clodius fuerat conscius profectionis Milonis et eo delegenter instruxerat. Ergo fecit insidias. Contra defendit Milonem: Milo se tradidit Senatui, venit hoc ipso tempore in Curiam. Ergo non est insidiatus Clodio. Item Vis probare Petrum esse ebrium aut infirmum; dic: Nemo pedibus titubat, nisi infirmus aut ebrius, hoc in Petro est. Ergo.

Nota Antecedentia duplicia sunt, alia Naturæ, alia Illationis seu Temporis. Antecedentia Naturæ sunt illa quæ quidem simul sunt tempore, unum tamen ab altero tanquam effectus procedit. Vg Lux a Sole, et hæc Antecedentia et Consequentia coincidunt cum Causis earumq; effectis. Antecedentia Illationis, sunt quorum unum præcedit aliud tempore, non est mora aliqua interposita. vg est Astas Ergo sequetur hyems. Petrus est senex ergo fuit Juvenis. Sunt fructy in arbore; ergo fuerunt flores. Antecedentia duplicia sunt.

Præter ad hos Locos, suppono quæ mox habere ex doctrina Suarij in Pœri adeoq; tempus hic extrahendum non censeo.

CAPVT. X.

De Causis et Effectis.

Causa in Genere est id vi cujus aliquid fit. Sic Deus Causa est Universi, culpa est Causa pœnæ, Virtus honoris et præmij, vitium vituperij et ignominiæ, Vulnus mortis.

Quatuor sunt Causarum genera. Efficiens Materialis, Formalis, Finalis. Vide earundem explicationem in particulari Cap. 2mo, Nodo 2po Definitionis. Quadruplex hæc Causarum series totius universi summam continet, quod tanto melius intelligitur, quanto earundem notitia penitius percipitur, juxta illud Virg. Felix qui potuit rerum cognoscere Causas. Nobis hic pauca consideranda sunt utpote, quæ sub Rhetoris notitiam cadunt, nam reliqua ad Physicam. Itaq.

Causa Efficiens

Causa Efficiens est principium unde actio et effectus rei promanat, sive ea sit Naturalis et Physica, ut Deus respectu Creaturarum, artifex respectu operis, Sol respectu caloris, etc. Sive Moralis, Efficiens, quæ quidem proprie non efficit rem, sed impellit seu movet ad faciendum. Sic Dicitur Causa Moralis efficiens homicidij, qui Consilio aut persuasione alterum ad impulit.

Nota Causa Efficiens triplex est. Imo Producens seu Generans, illa ingram, quæ rem gerit, ut Deus Sol Artifices. etc. Ex hoc Loco sic Argumentamur, ut in Genere Demonstrativo, Tu Patriæ vitorem restituisti, oppressam liberasti, etc. ergo tibi merito gratiæ rependendæ sunt. In Genere Deliberativo, Illustrissimi N.N. Vitam et Sanguinem opes et quidquid charum habet Patriæ utilitatibus liberaliter impendit. Ergo non immerito Solio admovendus est. In Genere Judiciali N.N. nec Suasor nec hortator Criminis fuit, nec Patrator, Ergo est absolvendus. Item Cupiditates suas, non frenat, motus animi non componit, occasiones non devitat, Ergo ad intentum non prouid distat.

Altera est Efficiens Causa, Conservans, quæ rem semel factam, productam, procreatam in suo Esse conservat, ne intereat, Nam Conservatio est quodammodo continua productio. Argumentamur sic ab hac Causa: Ubi Pietas, animorum semel facta defacta consensio, ibi diu stare nescit, humanæ societatis integritas, (nam ista conservant) sed inter hos etc. Ergo.

Tertio Causa Efficiens Corrumpens seu Destruens, quæ alicui rei affert perniciem. ut Sales sunt Morbus, febris, Contagiosus aër, quæ mortem causant. Et in Genere mali, Peccatum quod corrumpit, seu pellit gratiam. Unde argumentamur ab hoc Loco: Si cujuspiam animum insana cupiditates occupent, desideria prava inflamment, diu stare nescit pietas aut vita animæ. Nam ubi tanta

nutrix odhuc

ubium densissimarum caligo, ibi obscurata divini solis radij, ubi tanta turpitudo ea di nitor, ubi denig peccatum, omnino excluditur gratia.

Materialis Causa, triplex est, vg Materialis Ex qua. et Materialis In qua. et Materialis circa quam. Materialis Ex qua. Illa est, Ex qua aliquid componitur, sive transeuntor, hoc est dum ipsa materia mutatur, et alia Accidentia et formam alquint. vg Sic ex Combusto fit Cinis, ex Vino acetum, sive permanenter, quando materia ex qua fit aliquid, non mutatur, sed perdurat et manet, cum suis Accidentibus communibus. Sic ex ferro fit Gladius, ex Auro calix, ex Marmore Statua. ex ligno navis, ex lapidibus domus. Hæc Materia alia est Physica seu Naturalis, vg Corpus. ex quo Homo, alia Artificialis vg Lignum ex quo Statua, in quo figura arte inducitur. Argumentamur ex hac causa hoc modo Petro Corpore debilis est, cujus educatio tenerior, convictu delicatior, perferendi Laboribus lumen impares, vigilijs et cæter. minimè assuetus. Ergo Ad Aulas, aut militarem disciplinam minimè applicandus est. Item In reddendo officio: et: Certum hoc est (si quid offens) ex floribus aut et: contextum in Mnemosynon tibi fero, Ergo florentes annos aureos soles, dissima tempora, cum hæc tibi e voto nostro eclipse. Oblationes similes vg Certorum, Annulorum, Scyphorum aliarumq rerum habent usum in nobilium aulis ad Genethliaca, Nuptias et: Ubi Neosponsis similia Mnemosyna offeruntur. Artificium eorundem patebit, in 2da parte de Dispositione; patet ex præcedentibus. Multa in hanc rem invenies in Svada Patris Kwatkevic. Item da iter ~~idem~~ in Rhetorica Patris Radau in Apparatu Eruditionum vario genere orationum serviente. Deinde in variorum Authorum Apophtegmatibus, idq vg minus necessarium duxi, Similibus implere chartas, cum libelli oboriri sint et iste noti. Materialis Causa In qua est Subjectum alicujus formæ hoc est, Est res quæ formam aliquam sibi impressam habet, seu figuram vg Paries in qua est albedo, Æs est Materia insculpitur aut impressæ figuræ. Argumentamur ab hoc loco, v. a Materia ad formam, v. contra. ab impressa forma ad materiam. vg Vis probare nullum hominem quantumvis miserum et luteum, spernendum esse dico viris hominis quantumvis miser, et ex limo terræ formatus, impressa est Divinitatis imago et infusus spiritus et: Ergo nullus spernendus est. Ratio quia materia hominis licet sit de terra, omnipotens tamen et artifex Dei manus vili huic massæ signillum illud Divinitatis expressit, animam spiritualem, unimd. Hinc Corpus est causa

materialis hominis, dicitur Subjectum informationis animæ rationalis.

Causa Materialis Circa quam est illa Circa quam aliqua exercet actio vel ratio versatur. Vg Lignum, Lapides &c: Sunt materia circa quam ponit artifex meas suas exeret operationes, Deus est Materia (intellige hic non eos materiale, sed per Materia Objectum) Circa quam Theologi versantur. Virtus est materia laudis, Vitium reprehensionis. Atq; Materia circa quam communiter dici solet Objectum, cujus cunq; potentiæ et actionis: hoc est id circa quod versatur seu elaboratur aliqua potentia. Sic color est Objectum oculi, seu id circa quod oculus se occupat. Sonus est Objectum auditus &c: Argumentum ex hac Causa deducitur, ut ex prioribus cum in re, sit eadem, solùm respectu diversorum terminorum aut actionum, diversæ sortiuntur denominationes. Vg Animo humano nullum objectum nobilius, altius datum est quam divinarum rerum cognitio. Ergo a terrenis abstrahendo est. Ex dictis (colige, unam eandemq; rem, variam sortiri causæ rationem, ob diversum respectum Vg Lignum quatenus ex illo fieri possunt Statuæ, dicitur materia ex qua. Quatenus verò eidem figura imprimitur, dicitur Materia In qua. Ut autem consideratur, artificis actio, idem lignum, dicitur Materia Circa quam, Deinde, Materia subdividitur in naturalem seu Physicam vg Corpus humanum, Illo in Artificialem, ut lignum ex quo Statua.

Forma seu Formalis Causa. est id per quod res talis aut talis est. hæc est per quam res aliqua in suo certo aliquo esse constituitur. vg Anima est forma hominis per quam homo dicitur Substantia rationalis, Albedo est forma per quam paries dicitur albus seu Constituitur in esse albi. Forma triplex est.

1 Amo Essentialis, et est illa quæ constituit rem, tanquam Pars, sine qua res in suo esse non potest persistere. Talis formæ sunt Animæ viventium sive ea sit rationalis, ut in homine sive sensitiva ut in brutis, sive Vegetativa, ut in plantis, sive denig sit forma seu Pars Essentialis Compositi. Qualis est Forma seu Natura Lapidis Elementorum &c:

Accidentalis Forma est, quæ non constituit naturam rei ut prior, sed rem constitutam in suo esse, solum perficit, in aliquo, quod adesse vel abesse potest, sine Subjecti corruptione (hoc enim est Accidens) vg Albedo non constituit parietem in ratione parietis, sed solum in ratione albi. Hoc Accidens potest esse in pariete vel non esse illo perdurante, potest enim esse ruber aut alterius coloris.

et sic Rei so

et sic Rei solum Accidit non autem rem constituit. Idem dicendum de alijs Accidentibus Scientijs, Habitibus.

Artificialis forma est exterior rei figura, quæ ab Artifice imprimitur, consistitq; in certa partium collocatione, in ordine ad se. Vg Quadratura est forma turris, rotunditas globi, talis aut talis, positio partium et sibi respondentium forma Domus.

Praxis hujus Loci nihil speciale habet præ alijs, vg ad probandam propositionem aliquam sumēs argumentum se rationem a rei forma, quæcunq; illa sit. Vg Vis probare Tyrannos non esse timendos: Dic: Animus hominis, hominis immortalis est, nec ullâ humanâ crudelitate, auferri potest. Ergo Tyrannorū feritas minimè est timenda.

Impetus Amplificationis. Præclara Scipionis Vox est ad Diogenem, solatia afferentem sibi afflicto: Non oculis vivimus sed mente. Præclarum dictum. Animâ vivimus, et animâ beatè vivimus si bene. Sitne vita colligitur ubi præstantissima ejus sedes sit. Parum refert mutilatos aut rudes artus habere, si mens erudita sit. Nil juvat bimembres esse Centauros, si mente carent. Ita dicit in hanc rem Sarmaticus Vates: Hæc possunt adimi, non nea credidi; Stanislaus Sarb. lib 3. De br.
pauperior si meus integer, mens ipsa sui satis dives, si sibi cernitur. Sævat Tyrannus, opes fortunasq; auferat minor hæc et deterior portio, donum naturæ est; sublimior dos et gloria hominis non ex beneficio naturali fortunæ, sed aliunde est, quia propiùs dextram Dei matrem habet. Divina pars est Animus, divino natali illustris; minas aspernit, verbera contemnit, mortem ridet: nil perit, ubi ad hæc animus invictus stetit. Quare sive de molli rehat aura vento, sive non Sarbiev. Du 4.
plenis agitabit undis, vince fortunam. Virum proba, quem Virtus gerit, vis non frangit quæ vultus instantis. Tyranni, minimè solida de mente decisi, et si fracta illabatur orbis impavidum ferient ruinæ. Stet animus, sibi consul ipse ipse Senatus, Virtutem respiciat quæ deos mortales numero ferarum eximit, et ex his sospitat. et:

Argumentum ab Accidentali forma eodem modo disponitur: vg Viriditas oculum maximè recreat, potissimumq; ipsius bonum est. Ergo recreatio in campis optima. Item Toga succinctior militi magis expeditas est ad strenuè pugnandum. Ergo prælium initurus longiorem vestem rejiciat. Ab Artificiali forma eodem modo:

Cætera cum pronum spectent animalia terram,
Os homini sublime dedit cœlumq; tueri,

Justit et erectos ad sidera tollere vultus.

Ergo, quam tibi Deus figuram impressit, ut sublatis in coelum oculis superna quem? ab inferioribus seu terrenis animum averte.

Finis seu Causa finalis, est illa propter quam aliquid fit. hoc est propter quam movemur ad aliquid faciendum vg Mercator suscipit periculosum iter permare; quo fine? scilet motus spe lucri. Lucrum itaq est motivum et finis navigationis. Sic studiosus deambulat propter sanitatem v oblectamentum animi; Sanitas itaq finis et causa motiva est, invitans studiosum ut deambulationem ponat seu exerceat.

Nota Causa Finalis seu Finis licet sit ultima in executione seu possessione v opere cum sit possessio Intenti; est tamen omnium causarum prima, in intentione. quia est principium actionis motivum.

Nota 2do ad obtinendum finem intentum, exercentur negotia hoc est ponuntur actiones congruentes, quae conducant ad hunc finem et dicuntur Media. Hae actiones adhibentur, quatenus Finis intenditur. Hinc Axioma: Cessante fine cessant media. Vg Lucrum Mercatori finis est, propter quem conscendendum, notes agit vigiles, pericula adit, navigat, discedit etc. Hae actiones sunt Media ad finem.

Nota 3tio Finis seu Finalis causa, triplici modo considerantur, ex Partialibus et Inadaequatis rationibus. Vg Finis Quo, Finis Cui et finis Quem. Ex his tribus rationibus seu respectibus constituitur unus adaequatus Finis, seu Una totalis ratio causae Finalis. Finis Quo est illud bonum seu illa res, quae amatur per se intenditur et quaeritur, et est ipsum motivum vg Lucrum quaesitum per navigationem. Item Sanitas quaesita per inunctionem vera. Finis Cui est ille in cujus bonum seu inujus gratiam aliquid intenditur. Sic ipse mercator est finis, quia lucrum ut sibi bonum quaerit. aegrotus sibi sanitatem. Finis Quem ipsa fruitio adeptio seu obtentio rei expetitae; verbo: Ipse usus. Nam possessio cui, Sanitatis est id quo finis qui scilicet Lucrum cum fine cui scilicet Petro conjungitur. Et habetur adaequatus finis

Usus Practicus. Causa Finalis.

Et frequentissime et solide argumentamur a Causa Finali; habet fundus grande in persuasionibus, dehortationibus, cum plane sit fundamentum et quasi balista, qua oppugnatur humanus animus habitur, et in quamvis flectitur partem. Hucine

voca partis

voca particulam Cur. videlicet quid factum, faciendum, negligendum sit et: Ad rationem argumentandi quod attinet, res obvia sit et facilis; Rationem seu Motivum ipsum hoc est causam finalem pone pro Antecedenti seu Argumento, Propositionem seu adhibenda media pro Consequenti. Q. Vis probare, hominis vitam in exercitio virtutis debere poni, dic: Felicitas perpetua virtutis premium et merces est. Ergo vita in exercitio virtutum collocanda.

Praxis.

Impetus Amplificationis. Si qua ratione perpetuae felicitatis possessio nobis obvenire potest, nullus pro ea labor durus, nullus conatus asper, nullum studium difficile videri debet. Ad gloriam humanis nascitur animus, duriis nutritur felicitas. Vide Fabios Camillos, Scipios et: Quanta egerint ut spuriam gloriam, felicitatem brevem assequerentur. Minor Christianae virtutis majora sunt praemia. Illa est quae ultra omnia fortunae arcana donec cultoribus suis perpetuae felicitatis atria aperit. Istud thesaurus Croesi mendicitas, Midae aurum egestas, quae etiam tum plurima habet, cum omnia spernit, quam obtineat orbis universus dum cuncta possidet. Quare si Spartanorum more laboribus labores vincere didicerimus, facile continuo virtutum exercitio eo perventuri, ubi labori sua praemia, virtuti gloriosa meritis respondeat. Enimvero trahit ipsa virtus pulchritudine ut ametur, invitat fructu ut quaeratur, delectat ut retineatur, omnia confert, ut et:

Nota 4to Finali causa valde vicina est Ideali seu Exemplaris. Exemplar enim est id, in quod operans inspiciendo, operatur. utraq; haec causa, Finalis et Idealis, causant juxta esse Intentionale, hoc est ut cognita. Differunt in hoc quod Finis moveat ad sui consecutionem; Exemplar vero dirigit ad sui similitudinem. Sic Imago Regis mente concepta dirigit pictorem ad faciendi similem.

Quaestio Capitis.

De Effectis et eorum usu.

Effecta seu Effectus dicuntur ea quae a suis causis promanant. Dicenti respectum ad causam, adeoq; qualis causa, talis et effectus. Hinc dicimus Effectus Causae Efficientis, qq Lux effectus Solis, Gladius effectus ferri materialis, sentire videre, etc effectus formales hominis. Causae Finalis effectus sunt Media, quia Lucrum qq causat in mercatore tot periculorum, frequentationes,

navigationes &c:

Ex hoc Loco argumentamur, uti ex prioribus vq pro Argumento pro modo Effectus, ex quibus sufficienter enumeratis infertur Causa vq Sol lumine suo omnia illustrat, calore herbarum necrat, &c: Ergo dies est, Ergo Stellas est &c: Plura vide de hoc Loco sub Definitione. Modo 2do.

CAPVT XI.

De Comparatione.

Comparatio est rei unius cum altera collatio. id est quando duæ vel plures res inter se conferuntur, ratione alicujus tertij propter quod adinvicem comparentur vel quo ad excessum cum altero vel defectu vel paritatem. Vg Catoni licuit sepi bellum civile ergo et Ciceroni licebit. Cato et Cicero. sunt duo, comparanti ad invicem ratione alicujus tertij (dicti aut facti) quod est sepsi bellum. Item strenuè laborare pro veritate et pertutis; omnes pari imo omnibus modis majori animo quærendæ sunt cœlestia; Sic Comparatio fit inter res duas scilicet, terrena et Divina, ratione laborum quo quærantur.

Usus et Praxis hujus Loci.

Comparata facili artificio exponuntur; cum per modum Oppositorum, adinvicem facta collatione in medium adducuntur. Sive id fiat per Modum Prothasis et Apodosis, hoc est, ut una pars Comparatorum pro Antecedenti ponatur altera pro Consequenti: sive per successos sensus singula singulorum sibi respondeant, Vg Propositio ut sequens: Plus pro cœlo quam terra certandum est. &c:

Ingetus Subjectæ materiæ. Spectavit non sine plausu olim triumphatrix Roma in Amphiteatris suis pro Gloria, et vana, decertantes gladiatores pro Laurea, sed brevi marcescibile; pro plausu, exiguo tripudiantis turbæ fortiter dimicantes; Sanè certamen tibi agendum, Christiane, spectaculum factus mundo, Angelis hominibus et Deo, cum fortunâ, cum egestate, Sanè emulis fortissimis cum Cadibrijs congrediendum est. Habet imperterritus gladiator ille ad jussa Principis sui cedentium manus sustinuit: spectatorem tu Christiane rapis e cœlo, voluntatem et placitum Dei intuere, gloriosiorem digniùs palmam tota conferet Patientia. Coronabitur, nisi qui se certaverit. Cadebit te spectante cœlo vinci, quos urbs una extulit; Judebit palmam relinquere, quam virtus peregit.

&c: Quid quæ

etc. Quid quæso in illis Athletis non potuit vidium et spuria patientia? dedecus reputes Christiane, si id vera virtus non profitet, et legitima certandi ratio. Quod in illis consuetudo, et exercitatio valuit, propter terrena, ut hostem sustinerent, urentes solis radios vincerent, etc nunquid in te amisit ratio, ut dura tolleres, fera adversa. Quanquam, potuit id totum in Possidonio ratio, potent in te Gratia, hoc efficat in Eustachio, ut inter adversa plaudes, etc: Victor fortunæ mundi triumphator colum ipsum sibi subjiceret, in te sanè vires non amisit, ut post indefatigabiles pugnas idem hæres possideas etc:

Nota quòd comparatio duplex est, Parium et Imparium. Comparatio Parium est, æqualium rerum collatio. id est, quando æquale infertur ex æquali, quæ ambo pares sortiantur probabilitatem. Pg Petrus me fefellit, ergo time, fallet enim et te. Item Quam clara fuit Hierosolima morte Stephani, tam illustris est Roma Laurentij. Comparatur hic Roma cum Hierosolima, quod ut eq illustris: Stephanus cum Laurentio, quod eq illustrarint, ratione mortis. Pulchrum illud quod Seneca Epistola. 44. adduit, nimirum Neminem ita abjectum esse, qui non habuerit maximas rationes, et neminem ita magnum, qui non habuerit, tenuissima initia et abjecta. atque sic Comparat. Plato ait: Neminem Regem non ex Servis esse oriundum, ne vana jactantia elatus neminem non servum ex Regibus. Omnia ista longa vanitas misuit, et sursum deorsum versans, fortuna versavit. Quis ergo Generosus? ad virtutem hanc a natura comparatus. Bona mens omnibus patet, omnes ad hoc sumus nobiles, Nec rejecit quenquam Philosophia, nec elegit, omnibus lucet. Patritius Socrates, non fuit scantes pagnam traxit, et rigando hortulo Locavit manus. Platonem non accepit, sed fecit Philosophia. Quid est Ergo, Quare desperem te posse fieri parem? omnes hi tui Majores sunt, si te illis gerè dignum etc: Item S. Dei. celum ascenderunt, virtutibus. ergo ijdem gradibus tibi ingressus idem patet. etc:

Comparatio Imparium est quando inæqualia hoc est, non pares habentia probabilitatem aut pondus, secum conferuntur, et hoc eo fine, ut cognitione unius id, quod majus aut minus æstimemus aut ponderemus. ex Cicero volens commendare Archiam Poetam et favorem hominum conciliare sic dicit: Saxa et solitudines voci respondent, bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur, nos artibus optimis instituti Sapientum voce non moveamur?

Comparatio Imparium duplex est. Imo quando fit argumentatio a Majori ad minus hoc est quando ab Antecedente dignior, gravior probabilior verisimilior aut magis convenienti arguimus seu Consequens infelicius minus dignum, minus probabile minus etc. Vt Deus Angelo superbienti et presumenti non pepercit, sed de ipso sanctitatis loco de celo ad tartarum trusit; quanto ergo hominem, in terra talia faciente diu tolerabit?. Item. Oportuit Christu pati et sic intrare in gloriam suam quid ergo homo presumit, sine patientia et laboribus pervenire ad gloriam alienam. Vi videes dignius quid esse Angelum homine, et tamen punitum, ergo consequens est a Potiori, ut qui minus Dignus est et parvi sceleris reus, ut puniatur. Item. Quid agis o homo? Antiqui ille Christiani fontes suos non claudebant o inimicis, tu rivulos amicis obstruis. Adverte majus est quid dare inimico q̃m amico. Item Cicero pro Milone Clodium in via Appiâ occidit impune Papyrium, Romanum Equitem, virum ornatissimum. Ergo cur nunc tantas tragœdias excitat hæc via dappia, postquam Latronis et Parricidæ (scilicet Clodij) sanguine inbuta est. Vide grandius erat cuidere virum bonum et non puniri, Ergo sustulisse Clodium, magis ferendum, seu minus delictum est

2do fit Imparium Comparatio a minori ad Majus. Quando ex eo quod minus est, infertur id quod Majus, ut gravitatem persvadeamus. Vt Unum peccatum mortale, quantis, Deus bone, poenis justitia castigat, quid ergo cum pluribus te evasurum confidis. Sic vides minus videri unum et tamen minimè tolerari. Ergo a Potiori plura non ferentur. Item illud

Cum quid turpe feris, quod me spectante puderet,
Cur cernente Deo, non magis ipse rubes?.

Et illud, Si venialia culpæ tantis purgantur ignibus, quantis quæso mortifera plectentur. Vsus Practicus hujus Loci obvius et clarus est, et jam supra indicatus.

Differentia Comparationis cum Similitudine

Nota 2do Comparatio differt a Similitudine in hoc, quia in Similitudine semper spectatur, aliquis qualitatis proportio ratione cujus unum alteri ~~est~~ simile esse dicitur. In Comparatione verò spectatur Quantitas, aut actio cum excessu, quatenus unum altero Majus aut minus v. si æquale, cum ratione actionis modi, temporis, aut aliarum circumstantiarum; brevius in Similitudine seu inter Similia spectatur unum, quod utriq; inest proportionaliter, in Comparatione verò spectantur duo, qualiter hoc et qualiter illud subjectum afficiant. Differt

Comparatio

Comparatio a Dissimilitudine, quia hæc dissociat, Comparatio confert ad invicem. Dissimilitudine, Differt ab Oppositis, quia illa tractant de ijs quæ ad invicem pugnant, quoad se, sicut tri Oppositi, jus cum Calore, Lux cum tenebris, etc. Comparatio vero de ijs quæ non pugnant quoad se sed solum quo ad aliquem; inse vero ejusdem rationis, sicut Vg occidere hominem bonū, injuste, et occidere hominem malum, ubique homicidium, etc.

CAPVT XII.

De Locis Extrinsecis

Quid sint Loci Extrinseci superius jam innui ad initium tractatus primi scilicet qd sint sedes argumentorum tales, quæ non insunt rei, hoc est, non eruuntur ex Subjecto aut Prædicato: sed sunt rebus Extrinsecæ, faciuntq; argumentum Extrinsecum v ab Extrinseco. Dicuntur Loci Sine Arte quia non excogitantur ab Oratore, ut Intrinseci; sed tanquam circumstantiæ extra rem obveniunt, et parati ad rei probationem. Sunt numero VI sequentes.

Primo. Præjudicia. quæ nihil aliud sunt, quàm Judicia facta ante Causam de qua agitur. id est, Sententiæ jam latæ super hanc Causam, quæ magnum pondus ferunt ultimæ decisioni. et præsenti actioni. Sic Cicero probat Clochiam Cœtam retinendum esse Romæ, quia a fœderatis civitatibus jam antè adsciscta est. adeoq; jam Græcia dicarunt illi, et ne in Præjudicium illorum peccandum non est. Peccaretur autem, si illi negaretur civilitas Romæ. Hic Locus habet vim apud Judicum subsellia, si perveniatq; illos ut decretis aliorum insistant, statuta antiqua servent, Principum privilegijs concessis, (utpote quæ præjudicarunt, hoc vel illud ratum habuerunt) tenere nec contraveniant. Cabefactantur Præjudicia, si Causa Dissimilis omnino, veniat, si circumstantiæ sint omnino diversæ; si quid novi adducatur, super Præjudicata etc: tunc enim possunt Præjudicia in quæstionem accipi.

Zdo, Locus, Rumor seu Fama, est nihil aliud quàm divulgatus sermo sine authore certo hoc v illud factū, hunc v illū hoc egisse etc. Hic Loco vim habet in Judicijs et apud juris peritos, dummodo nihil malitiæ intervenial. Vi hujus Rumoris publici, reus, seo is, de quo Rumor est ad confessionē urgeri potest, et ad quæstionē accipi, solet enim dici: Vox populi, vox Dei, vg sic procedit: Omnium sermo et fama communis te talē dicit. Aggre jure teneris, donec te purges aut fatearis.

Tertius Tormenta seu Quæstiones adhibitæ. sunt nihil aliud quàm tortura in gabby per varia cruciatuum genera veritas exprimitur. Sic Cicero pro Milone, quid opus est tortura occiderine? occidit; jure an injuriâ, nihil ad torturam.

Quarti locus. Tabulæ seu Testimonia ex scripto prolata. vg Jus scriptum, Leges, Senatus consulta Principum placita, Magistratuum edicta, et decreta, Item quæ etiam Præjudicata in futurum constituunt, ut sunt Testamenta, tabulæ, responsa Prudentum, Chyrographa, Libri. deinde Theologorum Philosophorum Secta, etc: quibus non debet temere contraveniri tanquã bene Judicantibus habentq; pondq ut cæteris probent rem ita vt narrata se habere.

Quintus est Jusjurandum. est q nihil aliud quàm Affirmatio vel Negatio alicujus rei religiose facta, Hic Actq maximi ponderis est, quia fundamentũ veritatis in eo situm Deum enim ipsum in testem advocat. Refutat tamen interdum, si probetur violatum v fraudulenta extortum, v crimine malitioso corruptum v etc.

Sextus. Testes. Sunt nihil aliud, quàm prolatum testimonium ore prolatis seu dictis authoritas, Hæc duplex est Divina alia, alia humana. Divina authoritas summa est. quando Deus, qui nec fallere nec falli potest, testatur aliquid esse, sive id faciat per se sive per Angelũ, sive per Prophetarũ vaticinationem, Loquente Spiritu S. in cordibus eorũ et oracula fundente. Item Assistente Ecclesiæ suæ et decreta ferentis. Humana Authoritas est ab homine. Huc pertinent Virtutes illustrium Virorũ quæ sunt idea morum et rectæ gubernationis. Huc Adagia, Sententiæ Apophtegmata, Exempla, Emblemata, Symbola, Stemmata, Apologi, Inscriptiones, et quidquid ad rem Eruditionis confert.

Nota pro Coronide hujus Tractatus subordinationem Authoritatum. primũ pondus habet Scriptura Sacra. 2dum Traditiones. 3tio Ecclesiæ consensus. 4to summi Pontifices 5to Concilia Generalia 6to communis Patrum consensus. 7mo Particularium Patrum Authoritas. 8vo. Scholasticorum Theologorum. 9no Philosophorum 10mo Historicorum, Oratorum, Poetarum, cæterorumq Politicorum, Placita et Sensa. etc: Pro hujusmodi apparatu colligendo lege Historicos neque intimates, Livium, Plinium, Curtium, Salustium, Valerium maximum, Florum, deinde etiam quo ad politica Tacitum, Licetum quo ad Hieroglyphica et Ægyptiorum Symbola, Festum ad consuetudines gentium Alexandrum ab Alexandro, Polyanthea, et cæteros Neotericos præsertim Masenium. etc Plutarchum.

Tractatus 2dus
ASCENS, ad Solium ELOQVENTIÆ
De Dispositione

Ordine natura

Ordine naturali post Inventionem Dispositio subsequitur illa, materias et argumenta eruit, ex variis aditis Locis (de quibus huc usq) Dispositio, inventa ordinat, et in formam quandam collocat. Illa totaß est in excogitando, hac ut artifex in Ordinando. Illa ingenium ut plurimum requirit, a natura ad id factu hæc artem, magis spectat, ab industria comparatam. Egimus hactenq de Inventione, in ordine ad invenienda argumenta ex fontibus seu Locis; quod ipsius secundum munus est, Agendum hic esset (si tempus suppeteret) etiam de primo scilicet Inventione Propositionis Acutæ. Sed: ahoc aliunde supervacaneum implere chartas erroris; cum diligentiores (si velint) specialem librum de hoc habeant impressum scilicet, Patris Kwalkovic Phoenicem Rhetorum plura hic quam volet, reperiet diligentia, Vnde sive volentem huc relego. Interim aliqua ubi de Propositione Orationis infra.

Dispositio. 2da pars Rhetoricæ, si rerum Inventarum in ordinem Poetico. hoc est Dispositio, est coordinatio eorum quæ inventa sunt sive propositio sit, ut dividatur in partes suas, sive argumentum sit, ut in certam formam redigatur. Missa propositione (de qua suo loco) circa inventum argumentum ex quo=cunq Loco superiore; præsens tradatus occupabitur, docendo, qua forma argumentum disponendum, seu, quinam sint modi Inventa argumenta tractandi.

Nota. Argumentum, (ut alibi jam dictum supra) nihil aliud est, quam ipsa ratio data ad propositionem tractandam. vg Artes liberales amandæ, est propositio, Nunc licet probare illam ex quo=cunq loco. vg Sive Argumentum sumas ex Definitione, quod sint honestissima vitæ humanæ occupatio, Sive ex Enumeratione quod omne utilitatem adferant et opes et honores, vitæ cautissima solatium, Sive ex Notatione, quod vere liberales, cum doceant, libero animo non servilia quærere, sed liberali affectu sectari augustiora. v quod liberent a servitute erroris, et veritatem detegant etc: v ex Forma; quæcunq enim Ars Liberalis sive ea Poëtica sive Rhetorica sit, nulla est quæ non magnificentissima decora præseferat, sive oblectando sive persuadendo. etc. Aut ex Genere eo ipso quod artes sint, homine dignæ sunt et indole bonâ; quæ semper ad ingeniosiora sese extendit, nec cum deditis humi repere velit, nam humani ingenij capacitas artes invenit et colit, ijsq se oblectat et bonum spectabile habet. Sic de cæteris locis discurrendum. vg quod Artes Liberales homini efficiant, et causent, scilicet nomen magnum, agnitionem veritatum. Quid sit Argumentum.

quia unicam ut bonum suum quærit intellectus humanus. Ex Antecedentibus quia profusi sudores in Palladis aream germinant rosas, vertuti coronarias. Frequens lucratio etiam adversi huius et undosi in vasto eloquentiæ flumine, tandem aliquando inter fluctus et procellas, unionis, dulce laboris præmium, facundiam et eloquentiam assequitur. etc: sic de reliquis.

Nota 2do. Quod cum hujusmodi argumentum seu quamcunq; rationem ex his arripias; sufficiens est ad probandam propositionem, et ut eam reddat persuasibilem. Verùm nulla hucusq; adhuc dispositio, seu solius Inventionis opus scilicet, Inventa Positio Simplex (de acuta et allegorica alibi) et Propositionis ratio seu Argumentum. Itaq; ulterius progrediendum, videlicet, hoc argumentum disponere seu redigere in formam, et fiat Argumentatio quæ nihil aliud est quàm ratiocinatio seu argumenti ipsius explanatio, sub certa forma et modo, de quibus jam proximè.

Quid sit Argumentatio.

CAPVT. 1. seu QVESTIO 1

De modis argumentandi, et in primis de Syllogismo.

Variè sunt argumentationis species, per quas argumentum inventum ad formam redigitur et propositionem probat, sunt autem sequentes præcipuè: Syllogismus, Enthymema, Inductio, Exemplum, Sorites, Dilemma, Epichirema. Hæ species Argumentationis docebunt, quomodo contrarie logici possimus, veritatem unam ex alia inferre, et nitere conclusionem.

Quid sit Argumentatio Dialectica.

Sunt Species argumentationis; nam argumentatio ut sic, seu in genere nihil aliud est, quàm unius ex altero illatio. Hoc præstant omnes enumeratæ Species, nimirum, quod unum ex altero inferant et deducant; sed diverso modo. Itaq; distinctio capitibus de jis breviter agemus.

Nota multa jam passim et sparsim me insinuasse de Syllogismo et Enthymemate; tum in locis Dialecticis supra, ubi de Singulorum Usu Practico: quæ diligenti, et industrio Rhetori fère sufficerent. Interim cùm hic locus proprij schematis gratia, strictim in nucleum contracto et ipsum artificium (de quo sæpe in explicationibus) ob oculos ponat. Itaq;

Quid sit Syllogismus

Quæres quid sit Syllogismus? R. Syllogismus est Argumentatio in qua ex duabus propositionibus præmissis necessario sequitur et infertur 3tia, seu Conclusio. Dicitur Argumentatio quia infert unum ex alio, scilicet conclusionem ex præmissis. Dicitur, in qua ex duabus propositionibus etc: Quia in Syllogismo bono ad minimum debent ijs

debent esse Propositiones tres, duæ præmissæ. scilicet Major, et Minor, 3tia Conclusio seu Illatio. Dicitur in Definitione, necessario sequitur etc: quia admissâ Majore, et concessâ Minore, necessitatur intellectus, ad assensum Conclusionis. Conclusio enim connexissima est cum Prioribus et naturalissimè fluit ab admissis, vg Si Concedis hoc est assensum præbes, furem esse suspendendos, Item admittas et assensum præbeas, Petrum esse furem necessario debes concedere, hunc Petrum esse suspendendum. Alioquin si admissis duabus prioribus, retractes 3tiam: Contrarationem agis, et tibi ipsi contradicis, et hoc in relegitur per Ly, necessario sequitur etc:

Quæres 2do, qua ratione formandus Syllogismus. R. Ut facilè et promptè in quacunq; materia, de quacunq; re Syllogismum construas, tenenda et servanda sequentia: Quomodo fiat.

Imo formanda Propositio, quæ constet Subjecto et Prædicato. vg Sit Materia ad manum scilicet commendatio Eloquentiæ. circa hanc materiam forma Propositionem Materia. Dialecticam, hoc est, quæ constet Subjecto, Prædicato, et Copula. Subjectum est id de quo Sermo, seu de quo aliquid dicitur. Prædicatum est, quod in Sermone est seu quod dicitur. Copula est ipsa connexio atrius indicata per Particulam Est, in affirmationibus. vg Particulam non gr in negationibus. Vg Rhetorica præ cæteris Propositionibus est addiscenda. Prædicatum Copula Prædicandum

2do Habitâ propositione danda est Ratio. Hæc eruitur ex locis Dialecticis. Unde tota Inventio Rhetorica, in hoc posita, invenire Rationem seu Argumentum hoc rationis. Itaq; Quære; cur discenda? Definitio R. Quia est ars bene dicendi, Ratio Benedicere est appetibile homini est Laudabile, utile et honestum. et: et sic jam persvadet tibi discentiam. Partium Enum. R. Quia Rhetorica docet invenire Rationes veritatem, easdem docet Disponere in ordinem, Eloqui cum Majestate Perorare cum gestu etc (hæc enim sunt partes Rhetoricæ etc) Ethymo: R. Rhetoricam dictam esse a potentia Eloquii. Effectus Rhetoricæ R. Illam a Summas utilitates cum dignitate Ratio probandi. Locis, qui bene considerati per respectum ad suam propositionem solidissimas rationes seu argumenta porrigent ad persvadendam Propositionem.

3tio. Ratio Inventa, (ex quocunq; loco) conjungatur primo, Universaliter et Generice (hoc est abstractè ab omni certa materia, et aliis circumstantiis) cum Prædicato solo Propositionis. Addito aliquo signo competenti materiæ vg qui quicunq, omnis. Si, quando vg Ars quæ cum dignitate summas utilitates adfert, illa est præ cæteris addiscenda. Major. Hic vides Prædicatum ly addiscenda conjunctum esse cum ratione inventa ex Loco Effectum! addito signo Universali, Ars quæ, hic Hæc conjunctio seu enunciatio ista vocatur Major. (sub intellige major Propositio) quia ab illa tota ratiocinatio

tionis vis profluit, tanquam ab Universali ad particularia.

Minor. 4to eandem rationem inventam conjunge cum solo Subjecto Propositionis ita ut Enunciatione Locum Prædicati teneat ut planum vg Sed Rhetorica cum dignitate summas adfert utilitates. Hæc Enunciatio vocatur Minor, (subintellige Minor Propositio) hoc est minus Universalis. Item dicitur Assumptum, quia in illa assumit id probandū id, qd in Majori dictū est.

Conclusio 5to Est Connexio, Prædicati cū Subto Propositionis i.e ipsa Propositio infertur a præmissis duabꝫ, imo, naturaliter fluit, seu necessario vg Ergo Rhetorica præ cæteris est a discenda. Vocatur Conclusio hæc Enunciatio, quia tota formā Syllogistica concludit, Vocatꝫ Illatio, quia unū ex alio infert, et duobus prioribus admissis accessitatem etiam pro se exigit, Hæc e tota Ars formandi Syllogismū, qui tribꝫ Propositionibꝫ constat ex se dependentibus. Quid sit Propositio? animum Enunciatio alicujus de aliquo, jam sæpius dictum. Quid Prædicatū et Subtum? patet proxime sub numero 2mo. et alibi.

Quæres 3tio. Quotuplex sit Syllogismus? R 2mo. Respective ad diversos fines Enunciationibꝫ brevibus et strictis ut patet, tum hic, tum in Explicatione l.ꝫ Practici cujusꝫ Loci. Oratorius hoc superaddit quod Enunciationes Dialecticas dilatet et explicet, amplificet variis figuris, adhibitis affectibus, sententiis dictis, Symbolis et Exemplis debitis periodorum nexibus, transitionibus, et accessibus; et quidqd ad assignatum Eloquentiæ pertinet non omittendo: ut sic fiat justa Oratio; juxta Doctrinam de Periodis et Chria. Praxes id demonstrant supra datæ, sub Locis Dialecticis in Usu Practico: Vit. Amplificatio, Dilatatio, Exornatio, Impetus, Praxis &c. Vbi dialecticos Syllogismos aut Enthymemata habes exposita Rhetorice. Differentia Syllogismi Dialectici a Rhetorico

Compendium in duas partes distributa a Zenone. Zeno Interrogatꝫ quo differret Dialectica ab Oratoria, in hanc rem respondebat, non verbo sed gestu, Rhetoricam per Explicatam palmam monstravit, Dialecticam verò pugno similem dicebat, quod Latius fusiusꝫ Rhetores quàm Dialectici Loquantur.

Partes Syllogismi Tripart. &c. R 2dꝫ Syllogismus respectu Rhetoricæ compositionis et Partium duarū multiplex est a Tripartitus qui constat Majore Minore et Conclusione. γ Quadripartitus si alicui ex Præmissis rationem aliquam addas. δ Quinquepartitus. si Utrumqꝫ Præmissam confirmes, hoc est Majori et Minori rationem apponas. Vg Major Ars quæ cum dignitate summas utilitates adfert præ cæteris est discenda, Ratio Quia dignitas honoratissima sui Specie invitat ingenuos animos ad Sublimia; Utilitas etiam abjectissimos aliquin trahit. Minor Sed Rhetorica est Ars quæ cum

que am dignitate etc: Ratio Minoris Nam ubiq dominatur etiam in animis hominū consilia maximis de rebus explicat, dominari autem est dignitas, bene consulere utilitas, sed hæc omnia facit Rhetorica - Ergo cum dignitate etc: Conclusio Ergo Rhetorica præ cæteris est addiscenda. Hæc Dialectice et strictim, superadderda uniuscujusq; partis præcepta Rhetorica.

Quotuplex Syllogismus Directus et Indirectus

Ratio Syllogismus respectu Partium, sibi respondentium duplex est, Directus et Indirectus seu Inversus. Directus Syllogismus ille est, in quo naturali et Dialectico ordine partes suo in loco ponuntur et collocantur, vg Major Minor Conclusio. Ad hunc habes Praxes, sub Laud, Gratulatorias, Vota etc: Indirectus est ille in quo Partes non ponuntur sub in ordine, sed pro libitu et placito transponuntur; ita, ut liberum sit Oratori (Dialecticus semper servat ordinem) a quacunq; velit, Declarationem inchoare, sive a ratione Majoris, sive a Minore sive ab ipsa Conclusione, etc modo debitis nexibus partes inter se cohæreant, adhibitis transitionibus cæteris q;

Praxis

Syllogismus Dialecticus supra datus quinq; partitus sub Responsione 2da; sic exponi et inchoari potest, mutato ordine Partium, ut omnes sint nulla tamen in suo loco, vg

Conclusio

Amplificatio. Ex Scientiarum regno Laboranti Patriæ suppetias, publicis privatisq; rebus auxilia, avito honori et nomini vestro immortale decus, ac insignia petita ingeniorum ditissimam Gymnasiarchen ingressi præ cæteris ad eruditæ Matris vestræ animorum Imperatricem Lyceum, tutelam et præsidium studio quanto potestis conten dite, concolate. Invitat ultro honestissima sui specie ad summa natam indolem Ratio Majoris vestram; dignitatumq; reverentia ad honorum subsellia ingenuas mentes pertrahens, et cum, vel abjectissimas animas in suas partes, facile alliciant utilitatum providia; in utroq; ingenio vestris et viribus hæc una providebit, Ponderate, utrum antecedens vestrum est, dignitas et utilitas: hinc honorum adyta, inde commodorum fortunatissima ærania, vobis, reserantur. Et quæso quæ unquam tam felix Regio, ubi ex Minor Regio dignitas et utilitas, commoda et honestas, suis profluunt civibus, si non Elocutio, illa est quæ augustissimos fastos explicat, ditissimos thesauros reserat, alum de providet universis, et quidni provideat, quæ quantum ex se æquissima ingeniorū præmiatrix est, jam pridem exantlatos sub signis suis eruditorum Laborum duplici corona re Lauro non uno præmio, contenta conseverit. Merito ad illud vulgare: Dat Galenus opes fert Justinianus honores; opposuerit: utrum dat Facundia gratiarum honestissimi, dignitatis summas in cathedra et foro optime novit. Instruit Major

alios rerum commoda, ut incommoditates plurimas aperte sine cura vitæ periculo su-
beant, alios honorum fastigia ita perculunt, ut quantumvis per arduæ et præcipitia
abrupta sint, labori nulli pareant. Ars igitur, quæ innocentissimo tramite, compen-
dio brevissimo ad fortunatas has insulas, avidum gloriæ utilitatis amantem evehit,
negligenda? profecto.

Impiger extremos curris mercator ad Indos,
Per mare, pauperiem, fugiens per saxa periculum.

Facilioni aditu si ea obtinere valeas num tardes? certe facilis, strenuis accessus
Ratio Minoris. inventio dictissima docilibus, possessio perpetua eruditis. Longum hic foret varia-
rum partium orbis percurrere imperia, quæ, in flore suo cum majestate serva-
vit Eloquentia. Loquuntur, etiam tacente Demosthene, hujus prærogativam floren-
tes Athenæ quæ tantum honoris ab Eruditis viris quantum ei decoris, ab-
loquentia acceperunt. Sed hæc forte obduriora? Romanum Capitolium inter-
roga, quam feliciter orbi imperaverit universo, quousque illi imperatrix præside-
bat Eloquentia. Illa est etc. Hanc tam potentem tam divitem si neglexe-
ris nec te nec tua curasti etc.

Adverte etiam Artificium mutato ordine partium tegi et occultari, et hoc
Ciceroni usitatissimum in suis Orationibus, ne Status unicuiq; ipsa ars ob oculos
sit, quia quandam affectationem sonat et sapit in Rhetore et Oratore, qui semper
et stricte servato ordine Majorem, Minorem, Conclusionem consequenter ponit. In-
de in Orationibus rectius variabis, et per varias transpositiones Partium arti-
ficium tegas.

Adverte ergo in Enthymematibus hujusmodi Syllogismis reperiri quasdam particulas aut
breviores transitiones, quibus earum parte retexatur ita ut quodammodo naturali
ordine unum ex altero fluere videatur. De modis nectendi, seu Transitionibus
suppono quemvis habere doctrinam sufficientem in Poësi sub Partibus Orat.

Requisita argumentationis Consequens. Antecedens. Consequentia

Nota pro Doctrina Syllogismi et aliis, Ad omnem Argumentationem
tria requiri omnino. Imo id quod ex alio infertur, et dicitur Consequens Vg
Ergo Petrus promovebitur. Ergo id ex quo infertur, et dicitur Antecedens.
Petrus diligenter studuit. Ergo Legitima Conjunctio unius ex alio quæ nihil a-
liud est quam ipsa Intrinseca Connexio unius cum alio hoc est Antecedentis cum
Consequente. Uno verbo dicitur Illatio, Sequela, seu Consequentia. Scien-
dum itaq; Propositiones ipsas seu Enunciationes in Enthymemate, quæ et dici An-
tecedens vel Consequens vg illa, Petrus diligenter studet Ergo promovebitur.

Nemis vero

Nexus verò inter illas vi cujus una fluit ex alia et infertur, dicit Consecutio seu Sequela vg Promotio cum diligenti studio bene cohaerent, et bene se inferunt, ideo bona Consequentia dicitur. Consequentia, inter Antecedens illud et consequens. Et in hoc puncto potissima vis consistit argumentationis: Nempe videlicet utrum bene unum ex alio sequatur. Hinc Consequentia, dicitur Bona v Mala; non autem Vera v Falsa: quia non cadit in veritate propositionum, sed in connexione Antecedentis cum Consequente. vg Bona est ista illatio seu Consequentia: Lapis est homo, Ergo Lapis est rationalis. Licet Antecedens et Consequens sit falsum, quia connexio est optima, si enim homo est aut esset lapis, est aut esset rationalis, quia unum ex altero bene infertur. Contra, Mala est Argumentatio Petrus est animal, Ergo est homo. Licet illa propositio, sit necessario vera, Nam ex animali non bene infertur Homo; sed ex animali rationali. Hinc jam patet aliud esse Consequens aliud Consequentiam. Illud est ipsa Propositio quæ infertur, hæc, est ipsa Connexio, vi cujus infertur.

Consequentia tam per particulam Ergo in Argumentatione.

CAPVT II

De Enthymemate.

Enthymema nihil aliud est quam Syllogismus imperfectus seu Argumentatio, in qua ex una Propositione, tanquam Antecedente, infertur altera velut Consequens. vg Petrus est Homo Ergo Rationalis.

Quid sit Enthymema.

Modus formandi Enthymema facilis et obvius est, et naturalis quodammodo argumentatio. Nam de qua cunq; materia scripturus es. Primo formetur Propositio Simplex, vg Gratulaturus alicui, dignitatem novam dic: Nobis et tibi de tua dignitate et felicitate gratulamur. 2do. Invenienda est ratio ad Propositionem formatam hanc sup. peditabit quivis Locus Dialecticus (recole hic quæ sub Syllogismi doctrinâ, allata sunt) vg Quia Dignitas tua cum innocenti Nomine nobis secula innocentissima pollicetur. 3tio. Hæc ratio ponatur pro Antecedente; propositio ipsa inferatur ut Consequens. Expositionem Rhetoricam, quæ subscripti debet, habes sub notatione nominis, Prædicti Sti. Innocentii X. Item varias expositiones sub aliis Locis Dialecticis, quæ hue referenda sunt, velut ad proprium locum, quo ad formam et partes: Nam illuc pertinent solum, quo ad Inventionem, seu ut suppeditent argumentum.

Nota 1mo Omne Enthymema cum sit Syllogismus Imperfectus, facili negocio in formam Syllogisticam disponi potest hoc modo: 1mo Rationem inventam et pro Antecedente positam, a particularitate abstrahas et universaliter conjungas cum prædicato Propositionis formatæ, et generice efferas, addito aliquo signo seu

particula Universaliore, vg Loco hujus; Dignitas Tua nobis secula etc: Dic: Si quod secula aurea, tempora optima nobis promittit, de eo certè omnis gratulandi, Hic vides ab omni particularitate abstractum sensum, facere generalem Propositionem seu Majorem. 2do Ipsum Antecedens Enthymematis pone pro Minore, addita particula Sed vg sic subsumendo: Sed dignitas tua etc: 3tio Conclusio naturaliter fluet:

Præcibus hic non eumpo Nam studio sub Locis Dialecticis provvidi. quæ huc referenda sunt. Vide hinc fete modum formæ usum et Praxim inde. Denique quisquis cupit Legat Scudam civilem Patris Kwatkewic satis copiosus author est.

Duplex Enthymema

Nota 2do Enthymema duplex est. Aliud Directum cujus Antecedens 1mo loco, deinde Consequens ponitur. Aliud Indirectum seu Inversum cujus Consequens 1mo deinde Antecedens explicatur. Recole quæ dicta sunt paulo Ante de Syllogismo Inverso capi præced. Responsione 3tia, ad Objectum. ubi Praxim habes et ampliorem Doctrinam.

Nota 3tio. tam pro Enthymemate. quam pro Syllogismo partes aliquas posse sæpius repeti. Item unam per aliam probari, amplificari etc. Vg si Antecedens aliquod sit ex Loco Contrariorum, vg Probi honorandi sunt Ergo improbi detestandi. Illud inprimis Antecedens a Rhetorice explices probari potest et Dilatari per causas, vg Justum enim est meritis conferre præmia. Per Exempla et Inductionem ejusdem omnis natio egit ut benefacta celebraret. etc per Similitudines, et alios Locos. prout supponi in Arte tradatum esse.

Enthymema Simplex

Nota 4to Enthymema sive Directum sive Indirectum adhuc esse duplex, aliud est Simplex aliud Compositum. Simplex est illud, cujus Antecedens sicut et Consequens Una constat Propositione, vg civis N. ob dilatæ et benemeriti semp. promovit. Ergo dignitas Consularis illi conferenda est.

Enthymema Compositum

Compositum Enthymema est illud quando ejus Antecedente plures ponuntur Propositiones, ex quibus omnibus una infertur conclusio Vg Hostes Patriæ loco munito castra metati sunt, tormentis et apparatu bellico instructum habent exercitum, Tartarorum Legionibus vires firmarunt, noster etiam stipendiarius miles ad bellum hic et nunc inhabilis etc: Ergo si hostis per Legatos pacem petat non est deneganda.

Pax potior bello

Item. Vbi cum ex Una Antecedentis Propositione, plures inferuntur Conclusiones pro Consequente. Vg Obeunda est unicuique sua dies, et insperatæ faciendæ mortis aleæ, Ergo minus prudenter agunt, qui caducis et perituris voluptatibus indulgent, futura non prospiciunt, qui divitiis veluti æternis bonis inhiant, pro immortalitate, per rectefactorum opera non laborant. etc.

Mors prævidenda

Nota 5to

Nota 5to. Enthymemata hæc composita, multum conferre ad amplificationes, habent enim locum maximum in Orationibus gratulatorijs, in votorum circulis etc. Artificium erit, si Antecedens sit compositum plures dantur rationes, inventæ propositioni. quæ deinde ponantur pro antecedente. Si vero consequens compositum vis; amplificas propositionem per sensus plures, præsertim per effectus Prædicati et Subjecti. Sequatur exposito Rhetoricæ per figuras et alium apparatum Rhetoricum.

CAPVT III

De Expolitione.

Expolitio est Oratio seu Artificium Rhetoricum, in quo Orator certam aliquam rem aut Sententiam ex pluribus Partibus communibus rationibus ornando infert et concludit. Constat communiter quinq; partibus. Imo, Expositione seu Propositione, quæ nimirum sensum explicat Propositionis ad eum modum, quo in Chria verba li fit Expositio. 2da Pars est, Ratio Propositionis. 3tia Ratio Rationis, seu confirmatio. Quo dicitur Exornatio, hoc est Amplificatio rationum per similia, contraria, Testimonia, Exempla ut fluent. 5ta demum Est Complexio seu Conclusio. quæ Intentum infert et brevi clausula absolvit. Quid sit Expositio. Partes Expolitionis.

Nota circa hoc Artificium Rhetoricum speciale nihil dicendum est, cum ipsius Compositio nihil differat a Chria, solummodo partium communium diversa ordinatione. Item quod non requirat ullum Exordium. Item ad sit ordinatum solum ad Laudem alicujus; sed omni materiæ inserviat, Gratulationi, Salutationi, Applausui demum cuiquam amplificationi, præcipue in ferendis Votis et Sententijs, etc. etc. pro Extemporanea Orationibus potissimum Inventum est. Hinc Expolitioni non nemo habet. quod sensum aut materiam aliquam explicat et exornet. Partes potest plures v. pauciores habere, communiter tamen his quinq; enumeratis absolvitur.

Praxis.

Sit Propositio: Non capit regnum duos. Seneca. in Thyeste.

Impetus Expositionis. Semper Societas placuit. Est pro multi vehiculo socio in via, habent sua oblectamenta cacantium animi ex amico fœderis vinculo, societate colla proficiunt, augentur urbes, crescunt regna etc. Sola regnandi cupiditas æmulum excludit. Ratio Quanto augustior dignitas tanto angustiore tramite ad ejus itur fastigia; in præcipiti enim vero posita sunt honorum culmina, imo vero in ipso honoris puncto: in quo ubi semel quispiam pedem fixit, competitorum

loco excludit æmulum dejicit. Confirmatio Humanæ ambitionis hic furor est ad summa elatus, inferiora despicere, parem odisse. Timet enim vero altioris superbia, æquales fugit, inferiores, imo cunctis imperare desiderat. Amplificatio Hac fere semel inflammatus bellator Macedo (teste Plutarcho) cui uno non sufficerat orbis, in plures extendit desideria: quæ cum solus regere non posset, maluit carere, quam sortiri throni, sceptri consortem admittere. Sic enim Dario partem Asiæ offerenti respondit, & Neq; terra duos soles, Neq; Asia duos Reges ferre potest. Hinc bene Seneca: Circa regna tonat, dubia pro certis solent timere Regis prospera animos efferunt. Unde nunquam sic Lybici in Syrtibus æquor sunt ut cuncta absorbeat, quam regnandi cupido, ut universa sibi trahat, cui cupit Regum prosperitas, Et quemadmodum nuptialis fides consortem tori non ferunt, sic Regum sortis ubi primum in throno felicitatem sibi despexerint, competitorem aut æmulum minime patientur. Conclusio Ejusmodi ut quietus regnes, summa opus est tenebras & infimos illud arduum, ac difficile; hoc pronum & facile. Tuto te media vehet vita, decurrens via. Quodquid excessit modum, pendet instabili loco, cum eodem Seneca concludere etc.

Praxis altera.

Velles aliquem dehortari a prava conversatione, per Expolitionem sic procedes. Primo per modum Propositionis conversationis pravæ turpitudinem & damna explicando ab effectis, aut Definitionibus; deinde rediendo rationes & reliquas confirmationes etc.

Epist 7

Impetus. Nullius rei periculosior electio est, quam amici, N. N. Inimica enim multorum conversatio est, monet Seneca. Et hoc ex eo, quod nemo non aliquod nobis vitium aut commendet, aut imprimat, aut nescientibus allinat. Unde non immerito Cælium suum admonens præfatus Sapiens, ait: Diu cogita, an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit; cum semel fieri, toto illum pectore admisisti, tam audacter cum illo loquere, quam tecum. Sed quis ille futurus est quæris? ille, qui te meliorem facturus est, vel quem tu potes, reddere perfectiorem. Periculosa namq; obvia cujusq; amicitia est? Ratio Et sane quis in delectu hujusmodi non timeat, cum nec omnium mores æquales sint, nec omnium actiones ex probæ. Raro mores quos effers domum refers, aliquid eorum, quæ bene composueris inimica multorum turbat conversatio. Confirmatio. Societatis humanæ institutio est sectari optima, & meliora semper optare. Ast quotus quisq; eventi, ut possibili quis bonis sese immiscent, vitia sua con-

mondent, aut pravo Exemplo affigant. Enverò unum Exemplum, aut Luxuriosio quitur Seneca (epist 7) aut avaritia multum mali fecit, convictor delicato gaulatim e nervat et emollit alios; vicinus divus cupiditatem irritat, malignus comes, quantum vis candido et simplici, rubiginem suam affricat. Amplificatio Quid pluribus quis est orbis universus ingemiscit, nec se satis suis Laqueis extricare valens, pravitatis hujus Exempla condemnat. Quoties nobilissimi Juvenum diu steterunt, quos una momenta perditorum mores optimos effecerunt, unde notum illud, quod quidam de se: Quoties inter homines fui, minor homo redij; id est Ambitiosior, inhumanior etc etc: Profectò in pravorum consortio idem usuvenit, quod in rerum externarum tractatione, odoriferа contrectas, lilia aut rosas, spargent odorem dexteræ picem aut reliqua. etc quotore manus offendis. Conclusio Itaq verum est non cum omnibus, sine delecto, quolibet conversandum, etc etc

CAPVT IV

De Inductione et Exemplo

Inductio est Argumentatio per quam ex multis particularibus sufficienter enumeratis, universale quodpiam colligitur et concluditur. Vg Petrus est risibilis, Paulus est risibilis etc: Ergo omnis homo est risibilis. Modus hic Argumentationi propinus est Dialecticis, et vocatur Ascensus Terminorum, Quid est Inductio

Apud Oratores Inductio latius extenditur, Vg quando ex multis particularibus similibus, unum inferatur simile universaliq. V ex multis de se coactis, unum aliquod Speciale conveniens illis, concluditur.

Usus Practicus.

Ad compositionem Inductionis quod attinet, hæc servanda sunt: Primo formatur Propositio ex materia quam ante te habes vg Commendatio hominis non ab Extrinsecis (vg Vestibus, titulis etc) sed ab intrinseca virtute serio habenda est. 2do. per modum rationum adferuntur ea quæ sua natura id probant. Hoc est talia sumuntur loco rationum ea quæ non ab adventitiis extrinsecis, sed a sua præcipua proprietate laudem et æstimationem accipiunt. (intelige competenter ad Propositionem vg ad Subjectam materiam: Navis non a pictura pretium habet sed id sit sine rima. Gladius non a splendore sed ab acuta acie ad secandum. Regula ideo linea non a materia, sed a rectitudine commendatur. Ergo et Homo non ab ornamentis sed ab animo seu Virtute.

Praxis ex Seneca.

Praxis ex Seneca.

Virtg Commenda tlix hominis.

Navis bona dicitur, non quæ pretiosis coloribus picta est, nec cui argentea aut aurea rostrum habuerit, sed si stabilis et firma est, et junturis aquam excludentibus spissa, ad ferendum omnem incursum solida. Gladium bonum dico non cui decoratus est balteus, nec cui vagina gemmis distinguitur, sed cui ad scindū subtilis acies et munimentum omne rupturus, Regula, non quam formosa, sed quam recta sit quæritur. Ergo in homine quoq; nihil ad rem pertinet quantus sit, a quam multis salutetur, quam pretiosa recumbat lectica, sed quam bonus in se sit.

Vis probare, minimam occasionem pravam, multum adferre damni, quæ re quæ sint illa, quæ in se minima et parva sunt, gravissima tamen mala cau

Minima non contemnenda. sata. Q. Ignis scintilla est res parva, maximum nihilominus, si negligatus crevit incendium. quotiens nubecula transiens ingentia fulmina cauvit et evocat? parva rima in navi, quotiens magna fecit naufragia, ex parvo et levi ovo sævissima hydra aut draco nascitur. minimus serpentis morsus quantum adfert interitum, minima pupillæ aut cordis punctura quantā damna facit, illa oculis hanc vitæ privat. etc. Ergo et crede minimis qui scripturæ discedis: qui spernit modica, paulatim decidet.

Infirmis fortia cedunt.

Velis probare etiam fortissimis in timore vivendum inducere sequentia. Altissimos quercus ventorum turbines subruunt. Eminentissima turrium fastigia fulmina quatiunt, duritiem adamantis hycorum sanguis superat et emollit, ferrum rubigo detert, cornem gallus, mus elephantem terret etc. adeo nihil tam firmum, cui non ab invalido non sit periculum.

Seneca Epist. 68. propositionem hanc: Mala non sunt optanda sed

Tolerantia malorum. fortiter ferenda. sic per Inductionem explicat. Distingue mi Lucilli ista (scilicet mala et malorum tolerantiam) et intelliges in his esse aliquid optandum. Portenta abesse a me velim, sed si sustinenda fuerint, ut me in illis fortiter honeste animose geram optabo. Quid ni ego malim non incidere bellum? sed si inciderit, aut vulnera, ut famem, et omnia quæ bellorum necessitas affert genero, sed foram optabo. Non sum tam demens, ut ægrotare cupiam: sed si ægrotandum fuerit, ut nihil intemperanter, nihil effeminate faciam optabo. Nō minem certe scio adhuc eo nomine votum solvisse, quod flagellis cæsus esset, aut

pedagra distorta, aut aures longior factus etc: itaq non incommoda ostentabilia sunt, id virtus, quæ perferuntur incommoda.

Adverte in hac argumentatione nihil specialiq intervenire in modo, quam ea pro in Enthymemate: ibi hoc enim. Rationes ex causa aliqua deducta pronuntiantur pro Antecedente. in Inductione vero res similes, et cum propositioni quæ animodo confines, per modum rationum allatæ, antecedentis vice fungantur, propositio ex ijs deducta pro Conclusione infertur. Unde quæ in Antecedente sunt inducuntur, seu adducuntur, ut reales probationes propositio verò deducitur.

Quid sit Exemplum.

Ad 2dam capitis partem, Exemplum est Argumentatio, in qua ex pluribus singularibus, aliud singulare infertur. Differt per hoc ab Inductione, quod Inductio ex Particularibus Universale concludat, de qua aug ne: Exemplum vero ex particularibus Particulare, idq passim inter sermones. Vocatur imperfecta Inductio, quia eodem modo a Similibus procedit.

Usus Practicus hujus Artificij Rhetorici obvius est, videlicet a Prothasi ad Apodosim. Ut a Pluribus Exemplis, breviter allatis et pro Antecedente positis, infertur, Conclusio propositi, seu Intenti tui, Ut

Praxis.

Ut Petrum adhortens, ad strenuè agendum, Videndum est quinam ille, qui magnâ cum Laude magna egerunt,

Impetus. Commendat sere posteritati Scipionis magnitudinem refutatus, Fabiorū Fortis milites
vitem liberaliter Patriæ compendio impensam grata colit veneratio. Scævolæ invictum animum, fama deprædicat, Manlij fortitudinem orbis suspicit. etc: Quid igitur si tantum in multis potuit amor Patriæ, ut merita cumularent, tu desidiâ squallidus, otio torpens ac degener audies, non hæc ad coronas et triumphos est semita etc:

Vis alterum animare ad spem veniæ post commissas culpas; dic: Pœniten- Pœnitentia.
ti Magdalenæ Christus pepercit. Illaidem ad misericordiam recepit, Matthæum publicanum non desperat, Saulum persecutorem non abjecit. etc: Quid igitur hæres? propero quousq fores patent misericordiæ, non enim frustrà expectant, qui in tantis et post tanta se sustinuit.

Vis dehortari alterum a præsumptione nimia de misericordia: Abiit Cain in Præsumptio
vam cordis sui, ubi primum solum admisit. Judas pœnasse se fassus est, veniam

non invenit, sexcenti, in medio cursu rapti, quibus stulta præsumptio spem fecerat, exitus infelix vendam negavit. D. Fide vades etc.

Scelus punitur Vis demonstrare, quod Impios semper ultio sequatur. dici Hiero solymitanum templum spoliaverat Nabuchodonosor repente a Belluarum pastum homo bellua rapacior abiicitur. Sacra supellectili Balthazar ad profanos delitias vsum abusus fuerat, ecce tibi, crapula sepultum animum reliquit, et imperium exuit. Heliodorum avara cupiditas in templum traxerat, sed inter sontium crepitum plagarum temeritatem deposuit. Antiochum contemptus religionis ad inexpugnabilem morbum, morbus ad pœnitentiam, pœnitentia, (quia vana) ad desperationem præcipitavit. Quid plura? crudelem Decium repentinus, ferocem Diocletianum voluntarius, sanguinolentum Julianum violentus casus absumpsit. Ergo pone iniquæ, et fide, vigilat in tuum caput nemesis, Plumbeo quantum vis passu incedat ira, minitur, hoc ipso magis et gravius premet, sequitur scelestos ultor a tergo Deus. Immunem te putas? quia nondum experiris? scito: Raro antecedentem scelestum deseruit pede pœna claudo.

Nota Modus tractandi Exemplum alius esse potest vt Si primo formo Propositionem: Accedo ad te Mecœnas beneficium petiturus. 2do Si Exemplum rei tuæ competens et serviens apponas. 3tio datur ratio ad Exemplum. 4to Creditio aliqua per modum confirmationis, 5to conclusio. Et hic modo fere idem est cum Expolitione, nec adeo artificiosus, sed pene naturalis et arbitrarius.

Impetus Expositionis. Propositio Mecœnatum sinus tutissimum, afflictis Clientum rebus asylum est N.N. Exemplum. Docet me hoc Vespasiani factum et factum, qui dicere solitus: Minime decere quemquam a vultu Imperatorio tristem abire Ratio Principum enim munificentia publicæ felicitatis ara est, ad quam unicè afflictorum vota confugiant, spe cadant, ut surgant et: Confirmatio Rediviviam alij in te Constantinum adorant, de quo Baronius, cum quasi solem, neminem præterisse, quin liberalitatis radios diffunderet, fateor idem de te et spero ultra ut non nisi spe pleno recedam, qui ubi fiducialiter accessero. Conclusio Et hæc causa est cur non alibi subsidium quam apud tuam clementiam quæram, quia tibi me sibi obligatum nôsti promptissimum experiaris. etc.

Nota 2do Pro Exemplo materias pulchras et fusas inventes apud

Valerium Maximum in Dictis factisq memorabilibus. Lege et annota. Item in Plutarcho, aliisq vg Floro, et similibus de viris illustribus, quorum virtutes et facta sub variis titulis denotantur et inveniuntur vg Clementia, Fortitudo, Justitia, etc. Sub certos titulos similes similia collecta etiam invenies in Poliantheis.

CAPUT V

De Sorite, Dilemmate et Epicheremate.

Quid Sorites

R primo. Sorites est Argumentatio, qua multas rationes accumulat, et una ad alteram Gradatim ascendit, donec de ultima, Propositionem primam infert. Alij sic: Sorites est Argumentatio, in qua una Propositio infert aliam longo ordine donec ultima propositionis praedicatum conjungat cum subjecto primae. Vg est Propositio: Peccatum mortale generat damnationem. A clementissimis rationibus, ex loco effectum peccati, ascenditur semper ad vicinores donec ad ultimam perveniatur ex qua damnatio fluat immediate, vg Peccatum gignit delectationem, delectatio [illegible] causat frequentationem, frequentatio consuetudinem consuetudo inducit necessitatem; necessitas impoenitentiam, haec desperationem, demum desperatio damnationem. Ergo peccatum generat damnationem. Item. Vis probare, quod Luentia male instituta hominem perdat, dic: Si puer non coerceatur, a vitio in majora labetur Juvenis; si haec non vitaverit in Juventute, et viri improbus erit: Si virilis aetas in peccatis traducetur, senectus sequetur pessima; Si haec vesta? proximas interitui homo est. Igitur, ipsa puerilia male exercita perdit.

Peccatum.

Puerilia male instituta.

Nota. Quod hic advertit Pater Scheligmacher. ut Sorites sit bona, debet una Propositio sequi ex alia, et ab illa dependere tanquam effectus a signis, aut legitima Syllogismi sub eadem terminorum acceptione. Hinc mala Sorites est illa, qua quidam Parenti suo demonstrare voluit, ex tribus ovis quinq hoc modo: Ubi sunt tria, ibi sunt duo, ubi vero duo et tria ibi sunt quinq. Vbi ergo hic sunt tria et duo, sunt ergo quinq. In hac argumentatione termini non accipiuntur eodem modo quia vg tria cum duobus, semel accipiuntur in sensu composito hoc est quatenus tria includant duo. Ido in sensu diviso quatenus tria distincta sunt et divisa a dualitate. Hinc non est bona sequela. Melior illa: Virtus laudabilis dic: Si Virtus est bonum, est expetenda (nam bonum, est objectum voluntatis) si expetenda approbari debet, si approbetur, Laude digna est. Ergo Virtus laudanda est. Dicitur Argumentatio apud Dialecticos a primo ad ultimum, in qua ut monui advertendum ne diversa terminorum

Fallacia

Virtus laudanda.

significatio fallaciam inuehat, vg quale illud, qui bene bibit bene dormit, qui bene dormit non peccat, qui non peccat saluatur. Ergo qui bene bibit saluatur. Insano sensu verum est, quia vg bene sobrie accipiendo hoc est, qui moderate bibit, bene bibit, et non peccat bibendo, qui verò immoderate bibit, hic pessimè bibit, unde abusio et termini bene. Simili argumento utebatur Themistocles Dux Athenarum filium suum parvulum dicens Imperatrem Graeciae vg Filius meus Matri imperat, illa mihi, ego Atheniensibus, Athenienses toti Graeciae. Ergo filius meus toti Graeciae imperat.

Dignitas rationis humanae.

Pulchra sortitus est illa, quae dignitatem rationis humanae ostendit et effert. Quid est in orbe praecipuum si non homo? quid in homine? animus, omnium gratiarum sedes, quid in animo? mens, secretum benevolentiae dei et tabernaculum, quid in mente? ratio, qua nihil in homine, nihil in coelo dignius, nihil in terris divinius. quid in ratione? ipsamet ratio, quae facundo in se ipsam reditu, ad se revertitur, se et Deum considerat. Ergo Ratione nihil dignius est.

R 2do Dilemma est Argumentatio Bicornis, seu Syllogismus aut Enthymema ornatum, in quo duae partes proponuntur, quarum alterutram adversarius evadere non potest, quin una harum capiendus sit. vg Vis probare quaerendum esse Cadenti dici. Aut potentior aut imbecillior te cadit? si imbecillior fare illi et sic superior manes, et prudentiae laudem occupas, Si superior fare tibi ne quid detrimenti tibi accidat. Item Aut vis esse salvus aut esse damnatus non? Si vis cur praecepta non servas, si non vis? cur poenas aeternas times? Item illud vg credis hoc prohibitum et poenam mereri, v non credis, dic quod placet? si credis? cur ergo tam stulte peccas et poenam accumulas, et rationi repugnas? si non credis, ut quid, infidelium consortio te fidelem et Christianum monstras, et imprudenter eum simulas, qui non es.

R 3tio Epicherema est Argumentatio in unum aliquem sensum contracta, seu est Syllogismus latens sine forma Dialectica extrinseca. sui tamen reducibilis ad eam. vg Cicero in Oratione pro Dejotaro. Vti servum reprehendit ipsius quod contra Dominum ausus insurgere! sic ex Legem insequam Legem fugitivus, Dominum servus accusat. Reducitur sic ad Syllogismum. Servus Dominum non debet accusare sed Philippicus, qui Dejotarum detulit servus est Dejotari, ergo Dominum non debebat accusare servus. Hoc apud Ciceronem frequentissimo in usu est, qui argumenta rem probantia, saepe occultat et

formam hoc est Syllogismum v Enthymema in sensum unum et alterum in volvit, ne videat nimis affectate quærere artificium.

Hic solet agi de Loria; tanquam artificio Rhetorico utilissimo, per quod argumenta disponi possunt, ut probent propositionem aliquã: Sed de hoc communiter ibi provideatur in Loci, quos et ego hic suppono.

QVESTIO 2da.

De Dispositione Partium Orationis

Hactenus egimus de Dispositione Argumentorum quoad formam circa quam iterum est primo non semper Oratorem in omni argumento debere scrupulosè servare omnia puncta adamussim; ita ut in quovis Syllogismo, hoc est post quamvis ratiocinem datam inferat Conclusionem Ergo. Sed optimè fieri si partes Syllogismi aut Enthymematis etiã occultentur (prout supra dictum) res autem ipsa pateat, ut quovis modo naturaliter ferri, et minimè laboriosè videatur. 2do quando Conclusio ex Antecedentibus satis intelligitur, tunc sufficit tractare majorem aut minorem tantum; quia prudens Auditor aut Lator sufficienter intelliget, quæ res colligat, quantum probata etc. Molestum enim est, eramben recoquere hoc est idem segui aut eandem Conclusionem iterare si videlicet, aliquam propositionem multis argumentis probes. 3tio. Nec omnia argumenta eadem forma tractari debent, et modo; quia tedium est: sed variatio fieri debet, ita ut unum per Syllogismum sive Directum sive inversum; aliud per Enthymema, 3tium aliquomodo et aliis figuris loquendi efferas.

Nunc agendum de Dispositione ipsa Orationis, in Partes, in quas illa resolvitur, seu ex quibus componitur, Intelige Oratio talia ut sunt Panegyres funebres, Accusationes, Defensiones, in Judicijs, Causæ in Senatu, Concionis ad populum etc:

Nota cum argumenta (quæ specialis pars Orationis) inventa sint ad probandam propositionem; propositio vero ea Specialis Orationis pars seu Operis Rhetorici, in quovis Genere Demonstrativo Deliberativo aut Judiciali, tanquam speciale intentum: Quæritur quibus demum præterea partibus communibus totius operis structura constet, et perficiatur.

℟ Partes communes Orationis passim numerantur quinque. Exordium. 4. Partes Orationis

Propositio, Confirmatio Peroratio seu Conclusio. Alij sex recensent; Exordium. Narrationem, Propositionem Confirmationem, Confutationem et Conclusionem sed hæc immerito a Confirmatione separantur: Si enim Narratio seu Expositio fusior rei tractandæ uti et Confutatio, juvant ad persuadendum, ut quid dissimiles dicuntur partes a Confirmatione? præsertim dum Narratio post Propositionem ponitur: Refutatio vero cum sit oppositarum rationum solutio est negativa probatio nostri Intenti, consequenter est argumentum negativum, pertinetq; ad Confirmationem; nec opus ut distinctam partem constituat, maximè cum non semper reperiatur sit, Confutatio. Hæ Partes dicuntur communes quia non tantum Rhetorico operi quod nunc præ manibus est inserviunt, sed etiam alijs artificijs ut epistolis, Expolitioni &c. cum suis Differentijs.

Nota hæ Partes non omnes sunt Essentiales, hoc est, ita necessariæ ad serendam Orationem, ut sine his omnino esse nequeat: sed duntaxat duæ. scilicet Propositio et Confirmatio: sine quibus nulla legitima Oratio etiam brevis esse potest. Nam necessario aliquid proponi seu Intendi dicere, et ut prudenter dicere videamur, et ad intentum Lectori, debes contendere persuadere vel dissuadere &c. hoc ut obtineas, danda est una unica saltem Ratio quæ sit probatio intenti, seu argumentum persuasionis, sive Confirmativa Propositionis. Aliæ partes Accidentales sunt et omitti possunt interdum. Nunc strictim quantum tamen necesse de singulis agemus.

Partes Essentiales Orationis.

CAPVT primum.

De Exordio Orationis.

Quid sit Exordium

Exordium est prima pars Orationis, accessus et præambulum dictionis nostræ faciem et atrium quodammodo propositæ materiæ exhibens in quo præparantur animorum animi ad attente et benevole audiendum. Brevius alij. Exordium est accessus quidam ad alias partes captationem benevolentiæ, qua animos ad benigne audiendum præparamus continens.

Nota tria præstare debet exordium, Primo docilem reddere Auditorem, id est apprehendo generice tractandæ rei substantiam, et in confusa quodammodo imagine scopum innuendo vg Ostendendo Rem (de qua dicturus est)

se maximi momenti, summè necessariam, Reip. periculosam v etc. prout materia requirit, quæ omnia facile Auditorem inducunt, quatenus, discere et percipere rem velit. 2do. Reddere Attentum, Dum videlicet Orator ostendit rei admirabilitatem, novitatem, magnitudinem, necessitatem, utilitatem, quibus auditor accensus et permotus, audire, Desiderat. 3tio Reddere Benevolum. hoc est ut etiam libens et cum aviditate attendere, et rem percipere velit.

Nota 2do. Captatio hæc benevolentiæ ex tribus potissimum Capitibus desumitur, v a Persona Oratoris, v a Persona Auditorum, v a Re et Causa tractanda.

A Persona propria seu Oratoris desumitur, si Orator dicat se hoc negotium ex Pietate in Patriam suscepisse. Vide Orationem 2dam Catilinariam. si dicat se communi Charitate et studio servandæ Reip. impelli, ut etc: Vide Catilinariam 3tam. Vel a Gratitudine; ut patet in Oratione pro Lege Agraria. V Ex studio pacis et concordiæ cujus studiosissimus se ostendat. vide Philippicam decimam 3tiam etc:

A Persona Auditoris summuntur Impetus pro Exordio, si Orator exponat, quo titulo obligatus Auditori, v.g Si dicat Beneficia populi id requirere, aut Senatus merita in se, ut benevolentissimi animi, munificentiam, quoquo modo potest, compenset. Taliter incipit Orator noster Orationis suas ad Spiritum et Senatum post reditum. Denique inchoari possunt Exordia ab Auditorum Persona, si spectata in iis præcipuè benevolentia, Liberalitas, Beneficentia, etc: Vide Orationem pro Planco et Planiio.

Ab ipsa sumuntur Exordia si Orator pondus rei quo adsit et in se spectatum consideret, v.g Si innocentem defendendo dicat, se ab æquitate et Justitia impelli ut veritati patrocinetur. Taliter inchoat Orationem pro Roscio Amerino. V a Sollicitudine culpæ et metu. Qualiter procedit Oratione quinta in Verrem. Item pro Milone: Ab humanitate et amore doctrinæ. Prout fecit in Oratione pro Archia Poëta. Ex his.

Nota 3tio Materias Exordiorum suppeditant Circumstantiæ Temporis, Locorum, Personarum, Rei difficultas, Novitas, et quidquid occasio dicendi secum advehit. Vide Materia pro Exordijs.

Quæres Amo. Quæ sint servanda in Exordio? R ut sit Verus, Proprius, hoc est, natum ex materia, v et argumentorum visceribus deductum. Non Vulga- Requisita Exordij.

re, hoc est nobilioribus figuris constans, Grave quo ad sensum. Politum et Limatum a Superfluitate verborum, quibus omnibus rite servatis Auditor facile inducitur ad prompte audiendum.

Modi formandi Exordia.

Quæres Ido. quomodo formentur Exordia? R Per convectos modos Rhetoricæ amplificationis. Vg Primo. Vide a quo Exordium deducere velis, iuxta Notatam Idam supra Vt si Concordiam suadere velles, civibus, Patriæ, possis Exordium deducere ex Re ipsa, et simul ab Auditore. Vg Communem regni periculum et insignis vestra authoritas, merita in Patriam, nomen in gentibus, libertatem dicendi apperit, imo Libere loqui jubet pro Salute communi pro nomine vestro et gloria. etc: Ido De rationem hujus scilicet in quo periculum regno immineat: scilicet quod tutum in Senatu, quid integrum in Ordine equestri, si discordia hæc diutius tolleretur, Sanè, quæ hactenus optime steterit plurimas in partes dilacerata, convulsa, dissidentium animorum motibus distracta, quid expectari amplius, quàm ut interitui proxima corruat Resp. Sto confirma ista ab Exemplis, Sententiis. Similibus. Tandem ad Applicationem descende: et dic: Christi hæc imago, hujus nostræ Reip. est, steterit sanè integra et penè lapsa, iterum surrexerit; si concordiam animorum regni volentia esse vobis persuaseris etc:

Hæc Ido quæ viam Virmi sternunt ad eligendam materiam, et disponendam prolixdio.

Alter modus Exordiendi est hic: De quacunq; Re in particulari dicturus es, præmittatur discursus Generibus ex ipsa Re natus, a quo deinde descendas ad propositionem tuam particularem: Vg Vis Petrum solari ne lugeat Mœchatis fata; præmitte discursum brevem de necessitate mortis, vg Inevitabilium fatorum necessitas quæ sibi coronas et sceptra substernit, ut Summa scandat Justitia, et primos demetat vertices, quod te sic Mœchatem tuum portam aperiam semper inventurum; cui nunquam vita nisi optima placuit. Sanctè dolori ubi meliùs vitæ et longioris, initium Ex brevi et multis obnoxia casibus tibi persuadeo permiseris etc: Et in modus scilicet a Generibus discursibus transeundo ad particulares optimus et facilimus est, et in Orationibus etiã longissimis usitatissimus.

Hius Exordiendi modus est ex facilis et communis a contrariorum effectibus, ut videlicet, de Concordia dicturus, in Exordio generice et abstracte do a materia omni particulari discurras, quam navita sit semper Discordia, sanè

que fortissimas Resp. prosternat, suosq; deq; vertat imperia, sic testante Poëta Nunc ipsa Roma, civibus suis. Cogita omnium seqnorum interitum, tunc cæpit gravi do discordes animi. etcr (Hic desendo ad Propositionem) Alijs regnum exstrum stat, stetit, adminiculis, aqq integritas non alia quàm Civium unitas est.

Alius Modus est Exordiendi a Sententijs, Historijs, Symbolis, et Similitudinibus, ad apparatum Rhetoricum spectantibus; in quibus optimus Magister, Usus est et Authorum observatio. Deinde contra Praxin Exordiorum, Festæ Patre Kadau parte prima. Cap. 2do, Quæst. 4 sunt ipsi loci Dialectici. Vt Causæ, Effecta, scilicet quæ de Causa dicas, quòd te moverit ex Antecedentibus etc: quæ prædictus Author. Loc. cit. breviter subjicit. et patere possunt ex nostro Tractatu de

Pro Praxi absoluta et veluti Idea, Exordiendi resolvo Exordium Orationis explicatæ pro Sextio quæ videlicet ejus materia, quæ Dispositio.

Fundamentum.

Quæ præcognoscenda ex Oratione ad Quirit. de Senatum postredit.

Actius Orationis prædictæ Summa brevissima est hæc. Cum ageretur de Ciceronis reditu Lege Lata ex Senatus Consulto. contra omnia machinamenta Clodij; et hic aliter rem impedire non posset; Gladiatores plurimos in forum immisit, qui discurrerent populum promulgationem decreti impedirent, Tribunos invaderent, et sic saltem nos flumine Ciceroni reditum præcluderent. Cujus furoribus ut Milo et Sextius Tribunus-plebis obsisterent, per comparatas gladiatorum familias Vim vi repulerunt, et Conos conatus defenderunt. Clodius ne in jus vocaretur Magistratum petijt et Sextium, prævenicndo in jus vocavit, quod in Tribunatu suo (sequens enim anni) vim Reip. intulisset, stante Hortensius primo Deinde Cicero defendit. hoc Universali argumento, tanquam totius operis cardine. Vt

Non est damnandus de Sÿll. Universali seu Crimine vi, qui singulari pietate fuit in suos, et incredibili semper flagravit amore Concivium, quo Optimatum partes in Resp. sectatus est, oppressa seditiosorum armis Resp. Legibus, judicijs, sublatis, inimicorum occultis insidijs, apertis impressionibus appetitus, qui ipse denique necessitate compulsus, præsidium sibi comparavit, ut vim vi propulsaret. Hæc Sextius fecit. Ergo

Oratio Constat quatuor Partibus Exordio, Propositionis Narratione, Confirmatione, Conclusione.

Dispositio Exordij

Hujus Orationis Propositio simplex est hæc. Sextius vim Reip. non

intulit. Hæc probabitur in particulari ex argumentis, quæ in Majore illa Universali et fundamentali continentur.

Exordium quatuor puncta continet. Primo reddit Orator cæteros Auditores, benevolum, proponens rem admirabilem et quasi conversionem status Reip.. Docet item præsentem causam ad universos pertinere. Item se nihil præter mensuram quod ad præsentem Quæstionem pertinet. Tertio reddit Auditores Benevolum Reo et sibi; commemorando Beneficia in Reip.; quod ne sit Invidiosum, Senatum et bonos omnes in hujus laudis societatem accersit. Item captat misericordiam, ex comparatione eius adversarij et afflictis, ex causa periculosa bonorum, qui affliguntur, ex securitate improborum, qui libere volitant et lætantur. Ex modo calamitatis infligendæ vellicit, optimis civibus per bonos viros. Item, ex parte sua optimos mores ostendit, gratitudinem, invidiæ vanitatem, Laudat enim Hortensium, qui ante se dixerat. Deinde modestiam præfert in Eloquentia, iracundiæ ac doloris veniam petens. Tertio Reddit adversarium infensum Auditoribus, odio dignum ob injurias Reip. illatas. Ex Contemptu Judicum, quorum Relatione abuti voluit, ad innocentium perniciem, stomachatione, ob improbitatem et rei indignitatem. Quarto Reddit Auditorem docilem Proposita Propositione; quod nimirum deberus sit de vita privata Sextij, quæ est fundamentum Virtutum publicarum: de vita demum publica et optima Reip. administratione. Sic finit Exordium et fugit Propositionem de qua nos capite sequenti. Stylum et Elocutionem recitasti et explicasti.

CAPVT. II

De Propositione Orationis.

Præcipua hæc Pars Orationis est, utpote in cujus gratiam omnia sunt, quæ adducuntur hoc est omnia argumenta undecunq; deducta id volunt ut propositionem firment, probent et in pondere suo faciant.

Quid sit Propositio.

Quæres imo Quid sit Propositio Orationis? R. Est id de quo Orator dicturus est, seu. Est summa quædam et compendium totius operis ac sermonis Rhetorici.

Dixi in Quæsito. Propositio Orationis. Nam Propositio Dialectica

est Enunciatio alicujus de aliquo, Propositio autem Orationis licet idem contineat, quod unum de alio enunciet, latius tamen procedere potest, quàm Dialectica; Nec requirit ita strictum terminorum ordinem sicut Dialectica, sed est omne id quod Orator assumit ad probandum sive sit simplex quid, sive complexum etc: Hæc propositio Rhetorica seu Orationis vocatur Intentum Rhetoris, Propositum, Finis, Intentio, Scopus: aliquando etiam Sinonemon.

2da Propositio Quotduplex sit Propositio? R. In communi Divisione quo Explicita quid sit. ad nos sit Duplex, Explicita et Implicita. Propositio Orationis Explicita seu aperta ita est, quando Orator apertis verbis innuit de quo dicturus sit, talis est in Oratione nostra pro Sextio. Vg Dicam ego de omni statu Publ. Propositio Oratio Sexti, de Genere vitæ, de natura, de moribus, de incredibili amore in bonos etc. nis Sextiana ut nihil ad Rem. prætermissum esse videatur. Propositio Orationis Implicita Implicita quid seu occulta, est illa, quando non (de quo sermo) satis notum est, et in ipso sermone, sive ex ipso contextu patet. De quo dicatur seu sermo sit.

Nota amo Propositio aperta, ponitur, ut plurimum post Exordium, Locus Propositionis sicut et in nostra Oratione, sæpe tamen etiam post Narrationem, si Vg Orator ab ipso instituto, narret, quid factum sit, quanta patrata in Reip. civium Narratio) Deinde dicas operam daturum te in hac Oratione et ostendarum, quibus modis et præsidijs hæc omala eruendi et vitari possint in Propositio. Sequatur Confirmatio seu argumentorum contentio. Implicita Propositio, communiter includitur in ipso Exordio dum tale adstruis, ut res ipsa pateat, quid probandum assumas licet non apertis verbis idem denuncies. Et hoc fit ordinarie in Orationibus gratulatorijs, Salutatorijs, etc: in quibus omnibus Exordijs amissis a re ipsa inchoamus hoc est conceptum quem sumimus (qui propositio est Implicita) statim deducimus et ratione aliqua confirmamus. Vg Salutando amicum, diu desideratum, dicere possis: Post nubila Phœbus, post longa desideria, accessus tuus tanto gratior, quanto in voto diuturnior N.N. Recreat ille calore suo quidquid aspicit, tua præsentia tua omnium animos et corda implet qui tandem te videre meruerunt etc. Hic Propositio implicita est hæc: Solem oriuntem te veneror, quia, quemadmodum

ille post noctis tenebras sic in post tristes expectationes omnes recreasti.
Hoc totum patet in ipso contextu amplificando. Propositio hæc Implexa frequentissimum usum habet in Allegoriis ubi id quod proponimus sæpè sine ullis præambulis præmissionibus, propositionibus, tractamus et rationibus deducimus. ex quibus prudens Auditor et Lector facile colligit, facile resolvere potest, quid Intenderit Orator, quod in proposito habuerit, id probaverit, sive id in longa sive brevi fuerit Oratione, quod in Panegyri frequentissimum, in Elogijs inscriptionibus usum habet.

Propositio Simplex et Complexa

Nota 2do. Propositio quo ad Materiam, itidem duplex est. alia Simplex alia Complexa. Simplex est illa, quando unum aliquid probandum assumitur, vg Do jotanus non struxit insidias Cæsari. Complexa est illa, quæ aliquot puncta in se continet, simpla probanda, Talis Propositio est in nostra Oratione proclatio, ubi Orator proponit se dicturum, de Genere vitæ hoc est qualiter vixerit; de Natura. hoc est de talentis et dotibus naturalibus: de moribus hoc est de Politico Statu et Conversatione etc. Quando talis Propositio ab Oratore assumitur ad Probandum tunc debet Dividi in partes, ita, ut primo

Quid sit Partitio Propositionis

unam, probet, deinde alteram, Hæc Divisio in Partes, fit statim initio dum proponit, et Vocatur Partitio Propositionis. Sic fecit Orator noster Cicero. in cit. Oratione; ubi proposuisset, de quo dicturus esset; Partitionem subjunxit: Non aggrediar ad illa maxima, atq; amplissima prius quam de causa quibus initijs, ac fundamentis hæc tanta summa in reby Laudis erga tanta sunt. ubi advertis Dividi, totam Propositionem in duas partes, in vitam privatam Sexti, et publicam.

Status Propositionis.

Nota 3tio. Propositio itidem quo ad Statum triplex est. Conjecturalis, in qua quæritur an sit Res, vg Rosciusne Parricida. 2do Definitionis Propositio seu Definitiva. vg Quid sit Res, scilicet Xtus resurgens quis est, aut N. Nelci 3tio Propositio Qualitatis, in qua quæritur quale sit Res. vg Hæreticam Ecclesiam evertisse sine Sacrilegium, aut quale Delictum. 2do de hoc fusiq in Prolegomenis, ubi de Statu Orationis.

Hic explicandum esset, quomodo differat Epinoema a Propositione, et quando idem sint; 2do et hoc supra loco citato invenies. De Virtute Propo

tionis quod attinet, sunt Idea Brevitas et Perspicuitas, Animum ut Auditor facile comprehendat memoriæ, quid tractandum: Docilis, ut intelligat et intellecta bene capiat, qualiter tractanda sint. Propositionis Virtutes.

3tio. Quid sit apud Orationes Propositio Acuta? R. Est conceptus seu enunciatum non vulgaris, nec obvia, sed præter expectationem ingeniose prolata. Hæc opus habet ut ingeniosæ Inventionis, (ut supra monui, ubi de officio Inventionis) eruatur partim ex Scientiis quas animum quasi suppono exactis notas satis; Partim ex ipsis Locis Rhetoricis. et Allusionibus variis, ad Historias, Sententias, Consuetudines, etc. Tum ex Tropis et Figuris, Præsertim vero ex Circumstantijs communibus. Ingenio hic magis quàm arte opus, prudentiq reflexione, super prædicta, potius, quàm præceptis proficies. Scilicet, si super Authorum scripta te reflectes; nam, Longum iter per præcepta, breve et efficax per Exempla. Sparse propter brevitatem temporis pauca delibo, et viam ad Authores monstro. Propositio Acuta. Exemplum

Amo. Fruitur Propositio Acuta, ex Revocatione Hypothesis ad Thesim, de qua supra in Prolegomenis, Si rem particularem transferas ad Universalem. Vg Sit Propositio Simplex: Xtus bibebat super puteum: (hoc particulare est) forma Propositionem Heliconem; Xtus, nullibi gratius quiescit quam circa aquas. (confirmatio est de Lachrymis pœnitentium quod Christo quietem pariant. Ulterior probatio qui etiam inter fluctus in mari dormisse legitur. Sic si salsum hoc Lachrimarum mare animæ hic navicula agitat. Christus quiescit. etc: Lachrimæ pœnitentium.

2do Loco Nominis Simplicis substitutione Metaphoricum. Interim considerabis Circumstantias et proprietates Metaphoricarum Dictionum. Vg Loco hujus Deo amandus. Vide Amor quod metaphoricè sit, Vg Ignis agilis est movere et lucere, Amor tanquam femina proprietas, circumstantiæ aliæ ignis sunt, quod ignis pertineat ad sacrificia, hæc aram postulant, illa Sacerdotem. Fac igitur Propositionem meam vobis hodie Exstruam, in qua affectus vester Sacerdos, vos totus vivo igne concremet. Deo odorem suavissimum Domino etc:

3tio Loco Simplicis alicujus Dictionis, aut usitati modi Loquendi docebo, instruam, Declarabo, Hoc v illud scilicet Gloriam cœlestem, uti aliqua Propositia; Vg Ubi meum hodie præcedam, in beatam illam Metropolim, Sublimitudinem ejus et amplitudinem ob oculos suspiciam etc:

4to Loco aliqua communi ponere Effectum Rei, vg Lingvis loquentur novis. Eruetur ex hac Propositionem vg Audi injurias sim, si Linguas Hodie vo

bis etiam et alias substitiam, probando deinde ex S. Gregorio, quod abstrahere aliquem a malodoctrina aut turpiloquio, sit flagrum grauem etiam et nouam substituere.

Contemptus diuitiarū

5to. Oppositu sciare secum, Vt si dicas ostendam contemptum diuitiarum esse summum opus, seu voluntariam paupertatem esse magnam opulentiam. Probando deinde hoc, quia hac artius coelum emitur, quàm totius mundi thesauris. In his omnibus praecedere debet exordium competens ex natura rei deductum vt in praesenti materia vltima, pro exordio faciens discursum Vniuersalem. Tantummodum inhiare opibus, dicit noctes - quaerere diuitias, sed aestus mortalium, dum celatissimi esse volunt a veritate longissime aberrant, illorum siquidem diuitiae pauperes sunt etc. Ecce hodie velum detegam et ostendam etc.

Superbia.

6to. Acuta Propositio facile emitur ex similitudinibus, ad Allegoriam contractis, et hoc usitatissimum Oratoribus sacris et profanis. Talis sunt Orationes Auanzini de Sanctis, item de Passione Domini etc. Patris Pawlowski de B. Virgine. Item. Volens dissuadere superbiam, praedicare posset: Quot non sint montes naturales aliqui, debet tamen hodie, montes transferre, et in valles complanare. et ideo vos docere. probando deinde ex illo: Monte superbit humus, mente superbit homo. Mons et mens scilicet elata, una litera distant, sed negotio faciliori transferuntur montes quam elatae mentes (hic multa discurrens de natura superbiae) si tamen humiliora homo respiciat, plus, ex mente Divi Gregorii egit, quam si montium transmisset. Ex hoc loco sunt illi conceptus B. Virgo Luna refulgens in nocte peccatorum. SS. Petrus et Paulus Athlantes Ecclesiae etc.

Homo microcosmus.

7mo Propositio Acuta emitur ex communi aliquo dicto aut Maxima, ex qua concludas aliquid insolitum, inexpectatum, vel quo ad Statum, vel quo ad ordinem vel tempus vel alias circumstantias. Vulgare est illud Homo micro, cosmus id est parvus mundus. Hoc inde dictum, quod gemina sustentet lucernae solem et lunam in coelo referant: Radius solaris oritur et occidit sic homo. Frigidus in mundo ventus et calidus; eos homines eos refert. Verbo Homo omnia, habet enim omnia elementa in se vt

Ferrea membra grauant. est gelidus et aere pulmo
Os cerebrum, madent vrq; ecurq; calent
Vt Ver infanti, iuueni sic conuenit aestas
Cumq; viro Autumnq; cum senе quadrat hyems.

Ex hac Quæstione et communi maxima pulchram formare et aptam propositionem, volens demonstrare hominis excellentiam; dicendo: Mundus minor est Majori Majore. Confirmatur hoc. Nam homo continet omnia, habet in se vno omnia, quæ tota natura, habet esse cum Lapidibus, vivere cum plantis, intelligere cum Angelis, in hoc millies excellentior, quia rationalis, in hoc millies major, quod major mundus impleri potest, humanum cor vnquam, nisi Deus totum occupet, Deum capere magnus mundus non potest, cor humanum potest. etc. Plura alia de excellentia animæ.

Bravo Enitur Propositio acuta ex Contradictione. Vg Ambitio docet fugam Ambitio, fauit ser Ambitionis. Probatur hoc. quia Ambitio nociva est homini, Labentibus onerat, q vitam e vos, tollit libertatem, ingerit, securitatem aufert. Item Ambitio timorem non extinguit sed auit magis, et veluti vit timores. hydropicos vltrò accendit. Item cruciat onerat, inquietat desideria, veluti cruciando, sese delusæ torquent, ipsa summitas sibi periculum, casum metuit, Qui ergo amare audes, nonne Ambitionem fugies, et quod vltima est et certissimum; sis ambitiosus cæli fugabis omnem Ambitionem.

Nono Enitur Acuta Propositio ex Privantibus, Vg Multi viventes mortui Vita mortua. sunt. Probatur, quia vita Corporis est anima, animæ Vita est Virtus; hanc qui carent, vere viventes mortui sunt, Item Multis Angustiæ, Amplitudo sunt, Dicens de Eremitis antiquis qui parvis cellulis inclusi per amplissima cœlestia animum recreabant. etc.

Nono Enitur Propositio Acuta, ex Historia. Vg Similius Equis Romanus sub Adriano Imperatore, cum depositâ præfecturâ septem annis otio virtutis inubuisset; hoc sibi inscribi monens voluit Epitaphium. Senium sine Similius hic jacet, cujus Etas. quidem multorum annorum fuit, tamen septê rectute, duntaxat annis vixit. Author. Diocasii. in Vit. Adrian. Ex hac Historia trahens Propositionem acutam, Multi senes moriuntur Juvenes. Probatur de iis qui transacta vita in nugis, velut infantes, sine Solida virtute decedunt, juxta illud Scripturæ Puer centum annorum morietur.

Decimo. Deducuntur Propositiones acutæ ex variis morbificationibus alludendo ad sensum Physicum. Vg ad illud Xty ambulavit super aquas: docebo vos hanc artem Hodie; Probatur deinde Mundum esse mare vi, vè salsum ex tot tribulationibus, amaritates verò ejusdem de aquas, huc illuc defluentes; has qui contempsit super aquas manè ambulavit.

Vide in quibus a sensu Physico procedatur ad sensum et intelligentiam mora-
lem, et Propositio primâ fronte non vulgaris, nec obvia est. Huc pertinent
Avaritia vana Paradoxa Moralia. Vg Avarus est Prodigus. Probares. Quia fama
est thesaurg pretiosissimus Nunc Avarus projicit, prodigit. Tranquillitas animi
est bonum inaestimabile, divitiae summae, has Avarus emit. Imo ipsis pe-
cuniis se ipsum privat, et usum aliis relinquit. Quod secundum. Avarus bona
aeterna dissipat.

Gaudia factitia
Vide. Pax nostra in bello consistit. Probares. Pacem animi per victorias ten-
tationum acquiri. Ergo In potestate nostra est in hac vita nos esse felices.
Probares Fabricam Laetitiae esse affectum nostrum et gaudij fabricam, unicam vo-
luntatem, Nam quisq; suae sufficit Laetitiae. optima enim gaudendi materia facti-
cia est, propriâ manu. Sic Aristippus quidam post naufragium nudus, venit Cou-
phos Rhodum, Caeteris jacturam suam lamentantibus, hic laetus unus; quia ex fluc-
tibus detulit sua omnia dum se. Sapiens enim in naufragio, veluti in arido
constat; pectus secum portat, securus portum. Inter Neptuni ulnis jactatus si tran-
quillo corde sit, omnia in littus evasit. Unde Epictetus. provocare aurigulos for-
tunam in arenam: o Jupiter quae calamitates etc: stationem meam servabo
stag portatilis ero est et sine onere felicitas quam quisq; sibi dat. Talis animus
Deo. similis, cui nulli thesauri sunt, omnia enim bona secum habet. Ipse est
ipse suae felicitatis apparatus. Sic et homo talis qui secum et cum Deo est
sibi sufficit, imo abundans et superabundans fere dimidium adhuc sui. Sufficit animo,
praescindant, mang, evuantur oculi, etc: potent gaudere, Impertinens enim est gaudi
o, quod ad casum pertinet etc:

Nota pro similibus Propositionibus formandis multum valent aliqua (quae
frequentissima sunt Patribus) quando promittunt se dicere velle, aut hoc aut illud, ut
dictum aut factum, proferendo ingeniosas rationes. Vg Cur Christus qui delectatur
fuit alias Lachrimis, viduae Evangelica dixerit noli flere. quia terrena damna
indigna sunt fletu etc: Item Cur Deus hominem pigrum non ad Labonidum
bovem aut aegrum relegaverit, sed ad Formicam? Vade ad formicam o piger et
vide sapientiam. Probares a proprietatibus formicae. etc:

Demum reflectat se Rhetor, superstitiones, certa hominum Officia, circumstantias alias, ex quibus varia possunt Divinationes (Vaticinia, Similes) conceptus, pro Propositionibus. In quibus (ut supra monui plus ingenium quam ars possit) interim tamen.

Pater Kvat. hoc totum Libellum de sensibus Admirabilibus, non Vulgaribus, Propositionibus antiis scripsit, cui titulus: Phoenix Rhetorum. In quo similia ad artem redunt. Hunc diligentem Rhetorem et novi stili amantem relego. Author obvius est. Ex illo, sunt sequentia Sect. Da. Parag. 1mo.

1mo Propositio Auta et ingeniosa oritur, ex non obvio oppositorum nexu. Vg De tribus votis religiosis: Libertas in vinculis. De B. Rosae fugâ. Pia in Parentes impietas. Apud Feranium. Ex fuga Victor. De Pentecoste. Beatum inendium. De S. Francisco Borgia abdicante saeculi pompam: Sol ab occasu serenior. De S. Alexio Latente sub gradibus. Illustrissima.

2do Regulam dat ex Paradoxis. de quibus jam supra. Vg De animantibus: Apes in Autumno. De B. Virgine Calcante caput serpentis: Contritio sine Poenitentia. De B. Borgia. Oriens in occidente. etc. 3tium Praecepta dat ex Considerationibus Scholasticarum. 4tum. Ex Analogia cum re Simili. 5tum Ex Honoris insignibus. 6tum Generis seu familiae Insignibus. etc. Lege et mirare, si placet.

CAPVT. III

De Narratione.

Narratio est Expositio rerum gestarum, seu. Est Dicti aut facti alicujus relatio. circa illam licenda sunt sequentia. 1mo Quod Eorum habeat praecipue in gravioribus Causis, praesertim Generis Judicialis aut Deliberativi interdum et Demonstrativi. 2do Quod tunc adhibeatur, quando res de qua Orator dicturus est aliquomodo perplexa sit; aut occulta multa lateant, quae ad cognitionem Causae pertinent: Vel aliqua ante facta, quae cum praesenti re et actione connexa sunt, et dependeant, ac ad illustrationem pertineant; tunc ingens opus est Narratione, ut Orator occulta in Lucem producat, perplexa dissolvat prius,

Quid sit Narratio

Quando adhibenda.

et sic jam planius, in causa proficiat.

Vbi petenda. Nota 1mo. Narratio interdum est pars separata a quatuor Comitibus (ut quidam volunt), et tunc ponitur statim post Exordium; Et ex illa formetur Propositio, quæ deinde in confirmatione suis argumentis probetur. Hoc patet in Oratione Ciceronis pro Lege Manilia.

Fundamentum Orationis pro Lege Manilia.

Genus hujus Causæ, Est Duplex Deliberativum et Demonstrativum, Quia in hac Oratione, agit Cicero, de eligendo Pompejo in Imperatorem, utpote cui omnes exercitus extra Italiam subjiciendum dentur et administratio simul Bellici Fœderatici.

Status hujus Causæ est Conjecturalis, an Pompejus Asiæ et Bello sit præponendus? Cicero affirmat, et in altera parte Orationis eximiè eum Laudat.

Partes Orationis hujus sunt sequentes, Exordium. Narratio, Divisio Propositionis, Confirmatio Confutatio Conclusio.

In Exordio Captat benevolentiam, a propria Persona, quod semper fuerit in Romani Populi, et privatorum Civium Causis defendendis, sine arrogantia summa genere officium. 2do. Ab Auditorum Persona colligit benevolentiam. quia eorum authoritatem extollit, coram quibus dicit, quod in se beneficii semper fuerint et ut speret etiam nunc futuri sint. 3tio. a Rebus ipsis dicens; talem Causam sibi oblatam, in qua facilius initium quàm finem est invenire. Hæc est Dispositio Exordij.

In Narratione refert quam grave bellum imminent Romanis, hac tempestate, a duoby Regibus potentibus, scilicet Tigrane, et Mithridate. Ad hujus deliberationem invitat Auditorem. Deinde ex hac occasione belli facit Deliberationem brevem, et suis virtutibus ornatam, quibusnam modis provideri possit, affectat in præsens Reip. et paulatim, ob oculos ponit, tempestate imminente periculosa populo Romano, ex statibus provinciarum, iis quæ patratasunt et patrantur, descendit ad Divisionem Propositionis.

In Propositione 3tia proponit, seu tripartitam facit propositionem: nimirum quod primo dicturus sit de Genere Belli, 2do de Magnitudine

3tio de Imperatore, ad id deligendo. Adverte ut facilius Pompeje evincat Imperium, et populus consentiat, premittit Narrationem rerum absentium præsentarum, quæ in Bithinia et alibi agantur, quibus Nemo par, nisi Pompeius.

In Confirmatione conformia argumenta triplicis ordinis adducit ad probandam Propositionis Divisionem. 1mo De Genere belli dicit esse sumendum Romanis. Argumenta. ab Utilitate. ab Honesto. a Periculo. quod Romanis imminet nisi suscipiatur. Ex parte prudentiæ, quæ suadet non in tormine causæ periculosæ et Justitia, quæ exigit amicorum salutem ab hostibus defendere. ab fortitudine et Gloria Romanorum, quæ nulli cedit. Ultimo a decore et macula, quam Romanis intulerunt hi Duo Reges Ergo. Hæc dilatantur. 2do De Magnitudine belli Ubi probat et ita esse suscipiendum, quia periculum grande, si negligatur, si enim magnum est nisi maturè occurratur fiet majus. Nimirum augetur indies, adjunguntur illis Reges, Nationes, Peregrini Exercitus. Deinde ostendit quantum Lucullus Magnus Auctor cum æterna memoriâ laboraverit in hoc, domuit eligendo modo, non reprehst. Ergo Debet Virtuti par Virtus istis aut Major sit. 3tio De Imperatore eligendo Hæc pars præcipua Intenti, ubi Pompeium omnibus præfert, exquisitissimisque rationibus non alium nisi hunc esse eligendum. Hic Laudat illum ab omnibus Virtutibus bellicis, a Victoriis præteritis, a variis experientijs, et quidquid in Imperatore optimum inveniri potest.

In Confutatione refutat argumenta Adversariorum, Catuli et Hortensij qui contra Pompeium erant ex parte Senatus, deinde hortatur Cajum Manilium Tribunum, ut audacter agat, legem conceptam promulget populo, suadeat, edicat populo Pompeium esse Imperatorem, si felicitatem optimam ac eventum promittat.

In Conclusione approbat Cicero Manilij Votum et Legem eumque quod populo proposuerit, rogaverit, ut pro felicitate Imperij Pompeium gerat, Item, quod hoc in Senatu ipse proponent, orarit, ut ad finem perducat. Deinde obtestatur Deos, quod soli pro bono populi Ro., et imperio conservando dixerit. Hæc est Dispositio Partium. Elocutio et amplificatio Oratoria est. Lege et imitare.

Nota 2do. Narratio saepissimè est pars conjuncta cum Confirmatione et tunc ponitur post Propositionem, estq; quasi fundamentum aliarum probationum. Hæc aperte patet, in Oratione nostra, pro Sextio, cujus hæc est

Dispositio, Narrationis, pro Sextio.

Dispositio Exordij hujus Orationis (cujus fundamentum) datu su
X Intellige Statu. pra, in fine Cap. xmi de Exordio. Propositio X ipsa explicita
Propositionis. etiam data sub Cap. 2do Quæst 2da. Divisionem illius etiam dedi hæ
Nam ipsum Intentu Cap. 2do, sub. Notati. 2da. Nunc Narrationem aggrdo cujus duæ
sti Sextij non est damnandy de vi. partes sunt, nimirum, Vita privata Sextij, et Ejusdem vita publica seu Magistratus. Privata Vita eluxit in Pietate in Patrem, et Soceros C. Atilium et P. Scipionem, In Matrimonio honestissimo, In domesticis officijs. Publica Vita in Tribunatu militari gloriosè peracto, in Quæstura urbana et Macedonica, In quibus speciales virtutes exhibuit; 1. Fidem Reip. præstitit optimam. 2. Obsequio et observantia C. Antonium ad Reip. partes adduxit. 3. Capuam servavit ejectis inde M. Aulano et C. Lentulo Conjuratis. 4. Romam reversus cum exercitu, ut urbem suo præsidio tueretur. 5. Antonio Copias suas adjunxit, eumq; hortatus ad consercendas manus cum Catilina.

Accedit ad Laudem ipsius, quod Capua servata Ciceronem Patronum adoptaverit. Sextio Gratias egerit. Decuriones Capuani beneficium tantum Sextij, testimonio declararint, periculumq; ejus deprecati fuerint decreto.

Crimenon Quæstionis sextiæ. Hæc sunt argumenta singularia, quæ eruuntur ex Uno Universa li 2do Crimenon. quod est Minor illa Syllogismi universalis Cap. 1. sub Fundamento, quod Nimirum Sextius Incredibili amore affulserit bonorum, quod optimatium partes semper secutus, quod &c. quæ ibi enumerantur. Hæc omnia nobili Elocutione ela-

Lustrantur, ex Variis Locis Rhetoricis. eg Antecedentibus, nimirum: quid sta
tus fuerit prior Reip. antequam Cicero exiret, Sextius, Tribunatum miraba
Ex Concomitantibus quid actum tempore Tribunatus quae mirandae re
volutiones etc. Ex Consequentibus nimirum quid Ciceroni reditus causa
verit, quid Sextius profecerit cum omnibus suis bonis etc. Haec omnia fa
cundissime adducuntur, et narrantur, ut fundamentum illud illustrent, et
solidum iter, qe viam sternant, ipsi Confirmationi Propositionis, et Intenti
quod in illa Syllogismo Universali patet, eg Sextius non est damnandus de
vi illata Reip.

CAPVT IIII

De Confirmatione Orationis.

Confirmatio alias Contentio est Pars Orationis, in qua Propositionis veritas suis argumentis declaratur, deducitur et probatur, evincitur, assensus ex Locis ad probandum adhibitis. Quid sit Confirmatio.

Huc Ars et Industria omnis, Oratoris collimare debet, neqvid ad probandum assumat et reipsa non deducat. Haec pars, est quodammodo substantia Orationis. Nam nisi probetur, quid juvat multa aut pulchra proposuisse. Orator noster, Cicero in hoc praecedit, unde etiam in praesenti Oratione Sextina omnem ideam spectare licet, absolutae Orationis qua ad omnia.

Causa Orationis Sextinae est Judicialis. Qualitas seu Status est Conjecturalis, An Sextius Vim intulerit Reipe. Intentum seu Propositum, est defendere Sextium, ex Vitae totius rationibus. Propositio, de Genere Vitae, moribus, etc Laudabiliter exponendis. Partitio Propositionis, in Publicam et Privatam, eamq Laudabilem vitam, Synonyma Singularis pietas, in suos, et bonos, Optimatium conversatio, Reip. perpetuum studium. (Haec supra patent) Cap. 2mo. sub Fundamento, et materiam narrationi suppeditant, nunc sequitur ipsa probatio de Non commissa Vi. Artificium Rhetoricum.

Dispositio Confirmationis.

Argumenta Dispositionis.

Orator ostensurus, quod (praesuppositis aliis in Narratione) quod Sextio vim non intulerit, sed potius passus sit: adeoq; non damnandum. Sequentia argumenta adhibet. Quia nihil illi potest obijci aliud, quàm unum, quod a Gladiatoribus tantum non sit interemptus. Ex eo; 1mo. Quod pro culpa sibi reputaverint non esse occisum Sextium. 2do Quia Judices ulturi fuissent ejus necem utpote viri optimi. 3tio Quia ipsi Gladiatores putantes occisum minuere scelus voluerint. 4to Quod si mortuus fuisset Sextio monumento publico honoratus fuisset aliquo. 5to (comparat illig mota cum scelestis Codij. 6to. A Simili, quod scilicet, in Laine et Causa, fuerit strenuus, et tamen ab adversario Laudatus, et jure, 1mo quod nulla mercede proposita Rep. defendendam susceperit. 2. quod ceteris exemplo profuerit. 3. quod ea Laus Milonis sit singularis. 4. Quod Milo id fecerit cum summa omnium concordia. 5. quod prij Judicium prudentia exprimerit. Ultimo denig ab ipsa naturae Lege, quae vim vi propulsare permittit. Et hoc variis Exemplis probat primorum hominum gravi tandem Epiphonemate concludit.

Nota 1mo. In Confirmatione omni talia argumenta esse debent ex quibus id inferri possit, quod in propositione est seu ipsa Propositio. Argumenta alia sunt positiva quae directè probant, et aliquid pro Causa innocentis adferunt, qualia sunt enumerata. Alia Negativa scilicet varij rationes solvas quae contra sunt, Licet enim te nemo Laudet, aliquid pro te dicendo Laudabile, adhuc Laude dignus es si nemo quod dicat contra te, seu non vituperet, et est Laus negativè. Haec ablati o argumentorum adversariorum vocatur Confutatio, patet quod debeat distincta pars dici a Confirmatione, quia est negativa argumenti probatio. Nota

Argumentum Positivum. Negativum.

Confutatio

Ergo argumentorum.

Nota 2do. Quo ad ordinem argumentorum. Firmissimum argumen

tum ponatur ab initio vel longissimo. Simile etiam in fine. Debilitora in medio 2do ut Oratio semper videatur crescere. hoc fiat per apparatum verborum, sententiarum, a Levioribus procedendo ad vehementiora. 3tio Videndum, ut bene ex quovis argumento. (si opus sit) Directe ~~ex~~ inferri possit propositio. 4to ne Una forma tractentur omnia argumenta, sed fiat variatio.

Nota 3tio Ut cohæreat unum argumentum cum altero et quodam vinculo ligetur, perspectos oportet habere modos Transitionum, Digressionum de quibus tractari solet in Rhia fusè, fiuntq; per figuras et Sententias.

CAPVT V

De Conclusione seu Peroratione.

Conclusio seu Peroratio. Ultima Orationis pars. est Brevis eorum quæ dicta et tractata sunt, Summa, et Recapitulatio. Quid sit Conclusio.

Hæc duo requirit, 1mo. Ut ea quæ fusè tractata, velut in nucleum contracta, repetita, strictim ob oculos ponantur, per quandam enumerationem. sed aliis verbis et per modum Illationis 2do. Ut vehementioribus figuris efferatur, verbis et sententijs gravibus per Amplificationem ut corda et animo audientium infigantur. Solet in fine adjungi Allocutio, Exhortatio &c.

In hac Parte Orator maxime Laborare debet, quia hinc fere, judicium, nam quæ ultimo dicuntur maximè memoriâ tenet et apprehendit. Præ cæteris Orationibus Singularis Peroratio est in Sextina, cum insigni Elocutione, ut patebit.

Dispositio Conclusionis seu Perorationis pro Sextio.

Incipit hæc ab illis Verbis: Sed ut extremum habeat aliquid Oratio mea. Habet duas partes. 1ma. Et cohortatio Adolescentium ut Milonem et Sextium in tuenda Resp. Et ampliandis Optimatium partibus imitentur. Altera

pars est Deprecatio ad Judices ut ad misericordiam excitentur. Hanc partem nobilissimis figuris, descriptionibus totius civitatis, et acta omnium, ordinum, connexione exposita, qui sint vere Optimates exequitur. Item. Inductione clarissimorum virorum, penes quos externarum formâ ac gloriâ, adhortans Romanam juventutem ad insignia gesta, eleganti et majestuoso stylo progreditur.

Ultimo Concludit, a Persona Reorum Sextij et Milonis, quorum Virtus defendere Remp. et Ciceronem. Quorum Afflictio, Reos audire ob bene gesta, filios Quorum miseria, Lachrimæ filiorum piorum in parentes. Propter quæ causa Calamitatis, quod Ciceronem ab exilio reduxerint, honos tributi sint, quod reddiderint, pacem lugenti Patriæ, flagitanti Senatui, posceti Italiæ, Judicibus orantibus. A sua Persona. in qua petit spectari merita in Patriam, quæ nunc tanquam scelera puniunt, Eversa domus, fortunæ vexatæ dissipati liberi, raptata conjux, frater ad pœnas inimicorum reductus, Cicero ipse pulsus, Demum et eos pœli a pœnis iterum servatos Patriæ redditos illasibi. B Judices, hic ab eorum Persona. ut miseris subveniant, bonus mentes confirment, reprimant improbos, Remp. renovent.

En quam Grandia, in unam Conclusionem quæ vere moverunt, ut Sextius gloriosè absolveretur. Oratio digna omnitotius Zoyi, utpote Rhetorica artis Idea perfectissima.

Tractatus 3tius de Reliquis Partibus Eloquentiæ.

Quemadmodum ad Solium et Sceptra Eloquentiæ Viam monstrat Inventio Ascensum præbet Dispositio: Ita Elocutio, Rhetori dignitatem Memoria, reverentiam, Peroratio seu Pronunciatio. obedientiam ac animorum subjectionem conciliat ut sic Rex animorum et Imperator cordium audiat. Multa et de his agere, tempus annis elapsum non patitur satisfaciam tamen, per brevia quæsita, etiam in hac avido sciendi Rhetori. Quare.

Quæres Imo quid sit Elocutio R/ Est verum inventarum

Elocutio qp. nd.

et dispositarum culta et elegans Enunciatio.

Hæc Enunciatio elegans consistit in idonea verborum copia, eorumq; delectu et usu, id est ne improprija, antiquata, aut inusitata verba adhibeantur. Item. In figurarum et Sententiarum apparatu, in tropis, aliisq; ornatè loquendi.

Nota 1mo. Verborum copia est facultas unam eandemq; sententiam variis modis efferendi. Verborum copia,
Acquiritur Lectione continuâ et diligenti bonorum Authorum observatione. 2. Usu et Exercitio. 3. A notatione Troporum et Sententiarum.

Rerum copia est, quando ex uno sensu seu materia brevi fit major, seu plures sententiæ. Huc docet Sinonimia. Alterum Dilatatio Periodica, quando ex uno sensu plura membra extrahuntur, ita, ut crescant longissimæ Periodi. Ornatus verò utriusq; copiæ rerum et verborum consistit in dictionibus Rhetoricis, sensibus Allegoricis, et Periodis figuratis. De his suppono ut cassolet fieri quemvis pro sua diligentia satis concepisse in Thesi ex solida doctrina Periodica, et figurarum Tropi explicatione. Qui plura desiderat, legat Rhetoricam Latris Francisci Pomei Cui titulus: Candidatus Rhetoricæ. Ipse pene de nihilo alio tractat, quàm de una Elocutionis Amplificatione per Periodos et Figuras.

Nota 2do Elocutio artificiosa tria requirit. Primo ut sit Latina, Requisita Elocutionis
id est ut verba pure latina adhibeantur, Syntaxis nobilior servetur hic requiritur bonus et absolutus Grammaticus. 2do. Ut sit Locutio Plana, id est clara, facile intelligibilis, ne ineptæ phrases. aut incepti inutiles, ridiculi, obscuri, adhibeantur. Orator enim debet velle intelligi. Item. Ne longas Parenthesis texat, acumina crebra aut inepta misceat, sed in omnibus gravis, et sincera spectat Latinitas. 3tio Ut Elocutio sit ornata de hoc sup.

Nota 3tio. Elocutio seu Stylus Rhetoricus Tripplex est. 1. Sum- Tripplex Stylus
mus. seu Sublimis. et hic constat vehementioribus figuris et gradibus periodis. 2do. Medius seu Floridus, hic constat sententijs acuminibus, Periodis rotundis et brevioribus. Unus Ciceronis est, Alter Senecæ.

3tius Infimus seu humilis et est. Epistolaris. nec multum remoty a communi sermone.

Nota 4to. Quod ad amplificationem rerum pertinet, tota hujus rationis refunditur in locos Dialecticos, qui non tantum invenire aut disponere sed etiam docent amplificare, imo omne id quod Rhetori necessarium est. Adeo q3 Artes universalissimæ appellantur. Quibus absolutis et practicè perspectis sufficientem Rhetoricæ artis scientiam quilibet se habere confidet.

quid sit Memoria.

2do. 4to sit Memoria. R. Est facultas seu Potentia animæ retinens et conservans ea quæ cognovimus et imprimimus. Unde dicit Virtus conservativa, specierum impressarum seu objectorum præteritorum.

Ita est Continens illud, quo continuo circumferunt simulacra rerum quæ nisi ab ea conserventur pereunt. Ita est thesaurus Teste Tullio, in quo quantum scientiæ ab homine labore emitur, fideliter servatur. Ita est Bibliotheca intellectus, qui postquam libros edidit, ac si eos transcripsisset, conservat et retinet. Dicam cum Seneca. Animæ Stomachus est. Memoria juxta S. Augustinum, est Penetrale amplum, Campus, et latum Prætorium. Ubi sunt thesauri, innumerabilium rerum et imaginum. Ita est Grande hospitium tot manium, fluminum montium, Sylvarum, etc. quot quantaq3 loca in hoc minimo loco sunt, nec locum tamen occupant. Dum memoriam implent.

Duplex

De hac Memoria nihil aliud dicendum esset q3 quomodo augenda et Conservanda. Duplex est. Imo Naturalis. A natura et bonis organizationibus præparata. Vide miranda de Extraordinarijs talibus Memorijs sanè mirabilibus et memorabilibus, in Anisfodina Patris Drexelij. 2do Artificialis. quæ Arte juvatur. Studio et industria acquirit, continua exercitatione promovet. Vide aliqua de hac suo Loco apud Patrem Radaut apud Patrem Seligmacher, et in tabulis Soarij

3tio. Quid sit Pronunciatio? R. Est eorum quæ Memoriæ

commendadum suis numeris absoluta Pronuntiatio. Requirit 3tria. Imo Actionem, quæ in motu et dexteritate corporis consistit. 2do Pronunciationē quæ in voce. 3tio Gestum, a Quibus plane spectatur Orator. Nam Rhetor scribit et præcepta dat, Orator ea tractat, voce ac gestu ea exprimit. Hæc quidem debent fieri pro ratione Materiarum, Personarum, Usu magis in theatro docentur quam præceptis in scholis. Reflecte te ad Exercitationes habitas hoc anno, et practicas doctrinas, ac quid cantilando aut affectate fiat, cætera quæ ad constitutionem corporis requirunt per scium lege in fine tabulas Sanij.

PARS ALTERA.

Absolutis jam Deo volente Rhetoricæ Partibus, cogitaram si tempus supperet, hic adjungere Specialem tractatū de Epidictica facundia, id est summatim tractando de tripplici Genere dicendi seu Extemporanea facundia quavis in occasione facile concinnandi Gratulationes, Salutationes, Funebres Consolationes, etc: etc: Sed cum tempus non sinat, diligentem et amantem Rhetoricæ relego ad Edam Partem. Patris Radau. qui ea fusius tractat. Item ad Sviadam Civilem. Patris Kvatkowic, quæ ex Professo non nisi de his materijs specialissimè et fusissimè tractat, itaq supersedeo, cum authores obvij nec chari sint. Interim et pro his sup. in loco explicatis et ad Praxim reductis fundamentum positum est, prudens Lector colliget et observabit. Nunc pro Corollario subjicio aliqua de Panegyri et Progio.

Corolarium.

Quæro. Quid sit Panegyris. R Est Oratio continens laudem alicujus Personæ. Differt a Scholastica Oratione Majore, communi, quia hæc non solum Laudes, sed varias materias tractat, in tripplici genere dicendi, Accusationes, Suasiones etc: Panegyris vero intra laudis terminos se continet. 2do Major apparatus Sententiarū, Figurarum modus specialior scribendi id est floridior

Dicit Panegyris

ad Panegyrim requiruntur. 3tio Occasiones Panegyris describende communiter sunt festive vg In Triumphalibus Ducum ingressibus, in Nuptijs, Etiam Pompis funeribus.

Quot Duplex

2do. Panegyris duplex est, alia Particularis seu Singularis alia historica. Singularis est, quando ab aliquo vno actu heroico vg Victoria, illustrissimae alicujus Personae, pro argumento assumitur et deducitur. Historicus est, quando alicujus Vitae aut major pars vitae alicujus Personae illustris, exhibetur. Si Singularis scribenda sit, plus operae pretium est in conquirendo apparatu Rhetorico ad idem factum amplificandum, sunt autem requisita, quae materiam suppeditent, vg Loci communes, Vota, Fama, Sensus populi, Expectatio communis etc In his maximus locum habent Antecedentia, Consequentia Deinde variae Digressiones, et amplificationes. Praxim hujus a Laudatis Laudatam lege Panegyricum Plinij. Trajano scriptum, ejusq Victorijs, adumbratum Orbis dedicatum. Palmam omnibus praecipit. Item. Magnificum Panegyricum Ludovico XIII Galliarum Regi dictum a Patre Petruc. Est devictam Rupellam, Cujus initium Attigisti Gloria verticem etc.

Si Historica scribenda occurrat facilius procedes per sequentia, Partiones faciendo vitae, in adolescentiam Incrementum, Virilem aetatem etc hic adjuncta Locorum, officiorum, Dignitatum, et quidq Personam ornare potest Locum habet. Ex Praxi. Centeni sunt, in funeribus Principum Ducum Regum, scripti, Item in Nuptijs, Novarum Dignitatum promotionibus vg ad Palatinatus, Marscalchatu, Episcopatu etc ubi omnia vitae totius merita, non Locis et numeri ordinata, in hunc tamen apicem dignitatis conspirasse recensentur, hic avi, hic Proavi, hic merita, hic augurria, et quidquid rei quae in argumento est ornare potest adferuntur. Obij sunt et satis trivi.

Quae Dispositio

3tio Dispositio in Orationibus Panegyricis si scribantq de uno facto Heroico, habet communiter Exordium breve quod vel ad Enarrationem Narrationis aut stylo incipiat, quod illustrissima hoc facinus vix pariat scribendi

a Desiderio populi, expectatione rei, & communi Gaudio etc. Pro positio communiter est simplicita, ac in ipsissimo Exordio collocata. Cum enim Panegyrici scribantur publicis actibus, non indiget ars, utpote notæ omnibus, ut specialis propositio præfigatur, sed a re ipsa incipit. Narratio præcipuum pondus habet in quo Rhetor, plurimum laborat ut exacta Magnifica, florida, et styli competenti absoluta sit pro rei exigentia. Conclusio repetit breviter Personæ Laudem, gratulatio Patriæ (si de Victoria Ducis argumentum sit) gratias agit, applaudit et similia quæ lætitiam promovent.

Quodsi de vita alicujus scribenda sit, Universa, Pro Exordio communiter adhibentur antiqua Eruditio, sive ea sit Exemplum sive Sententia, sive Discursus ut paulatim ad rem descendat. Propositio. ut supra raro aperta ponitur, sed loco ejus fit captatio benevolentiæ ad attentè audiendum. Narratio bene distributa esse debet, ac ultima primo, aut prima ultimo loco ponas, sed prout ætas, status, exigit. Sic Cicero primo De Vita Sexti privata, deinde publica tractat, primo quid fecit juvenis deinde quid fecit adultus etc. Hæc Pars omnibus Rhetoricis modis dicendi ornari debet. sententijs Exemplis transitionibus, et quidquid ad apparatum dicendi pertinet.

Stylus.

Hic Character dicendi seu Stylus, hoc est Genus dictionis debet esse aptum materiæ vt Grave in funebribus, Magnificum in triumphis, seu Summum Genus, medium, in applausibus, urbium ingressibus, ubique spectando ut figuræ competentes, Similitudines aptæ, translationes junctæ, et ad decentiam fiant.

Amplificatio

Amplificatio rerum Distributarum (quæ sicem argumentum obtinent) non debet donum semper ex uno fonte sed debet variatio fieri in figuris, digressionibus, locis communibus, ut nō tota, non anxiè facta sed ad Majestatem, se ipsa fluere videatur. Reliqua lectio docebit.

Quid sit Elogium

¶. 2do. Quid sit Elogium seu Elogiani?mus. ¶ Xmo.
Est Laus alicujus Personæ aut exornatio alicujus rei nervosa et brevi dicendi modo facta. Dicitur Laus quia in vituperium Elogia non scribuntur. Quod si tamen simili stylo promeritò tali quis honoretur, vocant Dirae.
Dicitur Nervoso dicendi Genere, quia Elogia speciatim stylum habent, quod membra sæpe in unum verbum contrahant, Periodis brevibus et rotundis, sententijs crebris et rationibus, acuminibus frequentibus constet. Vt sic singuli fere sensus aliquid inexpectatum afferant, ut pondus in verbo raro, gravitatem in Sententia, ac subtilitatem in acumine, et nucleum in historia, ut Lusum in verbis, ut oppositionem in rebus, ac gratiam in similibus etc. Hæc ornatum ejus perficiunt.

Divisio

¶2. Vt Panegyris sua et Elogium duplex est, aliud quod de nonnullis, aliud quod de vita alicujus tota scribitur.

Materia.

¶ 3tio. Materia Elogiorum Multiplex est, scribuntur enim non tantum hominibus, Angelis sed etiam rebus inanimatis. ut in instrumentis, Passionis Xti, sepulchris et similibus et sunt plenum vocant inscriptiones.

Virtus

¶ 4to. Virtutes, Elogij sunt: Brevitas concisus stylus, Acumen, etiqve hujusmodi circa quæ omnia advertendum ut membra connexe fluant unum ab altero pendeat velut anguli in catena, præsertim dum copiosa, et sic cum pugnatia adhibentur. Figuræ Elogiorum potissimum Contrapositio, sine ciosis, Traductio, Paronomasia etiqve quæ gratiam sermoni faciunt. Acumen non vulgare. Hujus fontes vide in Patricia de Epigrammate.

¶ 5to Partes Elogiorum sunt tres ut duæ Exordium, Narratio, Conclusio. Exordium raro adhibetur, nisi brevissimum in una sententia aut brevissime citata historia. Narratio pondus sustinet, quæ semper Implicitam Propositionem habet. Conclusio aliquo Epiphonemate constat ad Lectorem.

Amplificatio

Rhetor. Amplificatio desumitur, ex communibus fontibus. Cum hac differentia, quod quidquid amplificandum adhibes, quam potes strictissimè tractes, etiam ad unum verbum si possibile est, historiam contrahendo integram (nam doctis hæc dicta sufficiunt) adeoq; superfluas rerum exaggerationes fugiunt.

Ultimo. Ad modum scribendi quod attinet, servatur, sequens ratio, ut versus in æquales sint, per modum Poeticæ alicujus collocationis. ita ut breviores, versus, a marginibus recedant, breviores, in medio colocentur, longiores proprie non distantiæ ab utroq latere servent. fusionis, [illegible] postulat a margine admarginem decurrant. Scribuntur autem [illegible] in secunda & tertia persona. vg

Ecce Homo. Nuper homo, cum factum hominem prædicarent angeli, hodie Vermis es, humanam formam pene exuisti. V. per Allocutionem ad alios. Ecce homo In quo nihil humani vides, V. ludendo in Verbis, alludendo ad consuetudines. Non ideo ad pugnam sed sanguine unctus in prælium, Ecce homo sufficit hunc videre & Deum queris. etc. Ad Stylum quod attinet floridi, sed debes [illegible] primum faciunt Metaphoræ, figuræ verborum. Chriæ, fabulæ, Hieroglyphica, Exempla strictè tractata, concisum facit membrorum brevitas. Autem Antitheta. et ipsa ingredientis ordo.

Ultimo. Elogia Differunt ab Orationes Scholastica et modo scribendi, Stylo et coordinatione. ab Epitaphijs differunt materia rerum, quia hæc inscribuntur mortuis, etiam scribunt metro, Elogia vero soluta dumtaxat Oratione et Arte; et variis de rebus. Pro Praxi Elogiorum Princeps habes Emanuelem Thesaurum. Patritium, Taurinensem, qui scripsit Elogia Patriarcharum seu Genealogiam Christi ab Adamo usq; ad Messiam, servatis mundi ætates stylo aptissimo. Habes æmulum ejus Patrem Aloisium Juglaris qui fixis vestigijs insistens, eodem stylo scripsit Elogia Dei hominis. hoc est Vitam Christi inter homines actam. Habes itidem Cochinadem

Ducum, Principum ac Regum Poloniæ a Patre Alberto Ines insigniter descriptam et aliorum plurium, quorum opera hanc in rem operæ pretium, erit, volenti proficere diligenti studio curare et intelligere. Pluribus hic immorari non sinit tempus. Quare data Notitia, quantum licuit, de Rhetorici Certationibus, hæc notasse sufficiat.

A. M. D. G. B. V. S. Q.

Honorem, necnon S. S. omnium, Cultum et perpetuam venerationem.

Andreas Rochus, Burcherl, Studiosq Artis Oratoriæ, in Gymnasio Rosseliensi.

Sub Reverendo Patre Jacobo Raahs, Professore Rhetoricæ.

Anno Salutis reparatæ.

1697.

COMPENDIVM

Compendium Dialectica.

Imperatricem animorum Rhetoricam: Directricem ejusdem et omnium Scientiarum Magistram recte vocaveris Dialecticam. Imperat illa secure, si res bene apprehendat, prudenter judicet, recte inferat; Hæc Veritates docet, Judicia format, Decisiones irrefragabiles facit, sapientissime cuncta decernens. Tutissima hic solum imperia, ubi solio hæc consiliatrix assidet, mentes illustrat, intellectum dirigit, in omnibus ad Regulam recti et veritatis Libram concludit. Forensis Logomachia, (Teste Senec. Epist. 89.) et graecum alia populum movent, adversarium habent; Philosophia, (cujus Janua et clavis aurea Dialectica est,) quieta et sui Negotij, contemni non potest; cui ab omnibus artibus etiam apud rectos mos honor est. Itaq quod præfatus Seneca de Universa Philosophia alibi scilicet Epist. 16. idem ego de Dialectica tanquam ejusdem prima adolescentia dicam: Non est popularis artificium nec ostentationi paratum: Non enim in verbis sed in rebus est. Hæc in hoc adhibetur, ut aliqua oblectatione consumatur dies, ut depellatur otio nausea: Animum format et fabricat; vitam disponit, actiones regit, agenda et omittenda demonstrat; sed et gubernaculum est, et per Anfractus fluctuantium dirigit cursum: sine hac nemo securus est. Innumerabilia accidunt singulis horis, quæ consilium exigunt quod ab hac petendum est. Hæc adhortabitur, ut Deo libenter pareamus, ut fortunæ contumaciter resistamus. Hæc docebit, ut Deum sequaris, feras casum. Hactenus Seneca. Quare quantum præscripti temporis ratio patietur, aliqua de ejusdem notitia, delibabimus, ut, ubi alia studemus nosse, nosmet ipsos non ignoremus.

Prolegomena.

De Natura. Objecto et Divisione Dialectica.

Quid sit Dialectica.

Quæsmo. Quid sit Dialectica? Cum Natura rei nihil aliud sit, quam ipsum Esse, seu Entia rei. Ait Dialectica est ars bene disserendi per illationem unius ad alio. Id est Dialectica est Ars cujus finis est verum a falso discernere. Differt a Rhetorica, quod illa Bonam dictionem hoc est figuratum modum loquendi: hæc vero bonam Illationem, id est, bonam unius ad alio consequentiam, pro Objecto habeat. Unde Cicero. 4to. Acad. Est veri et falsi discretrix ac Judex. seu ut idem in Top. Est Scientia, judicandi vias diligenter persequens. Id est quæ regulas et modum tradit, Res bene, prout sunt apprehendendi, et ne errore cum veritate cognoscendi. Hanc Laertius in vita Platonis, vocat. Artem Disputandi per quam aliquid aut probamus aut improbamus. id est. qua aliquid dicimus tale esse, aut tale negamus, Quare quantum Sol mundo, tantum Dialectica rationabili naturæ id est. humanæ menti, (quæ rationalis mundi est) confert, quæ intellectui nostro re densissimis versanti in tenebris, et apprehendendæ judicando hallucinetur, lumen porrigit, ut in Cerebrale augustum, scientiarum interet janua aperiat thesauros reconditos inveniat, clavem porrigit. Illa siquidem una est, quæ Cogitationes humanas, et Conceptus formandæ, quibus mens sibi Loquitur, dirigit, ne a VERO aberrent; ideoq præ cæteris recte Dialectica Definitio.
Ars dicitur, mentis operationum directiva.

Operatio quid sit.

Nota 1ms. Operatio mentis nihil aliud est, quam actus alicujus intellectu, cognitio, seu ipsa intellectio: quæ, cum repræsentet objectum, et quodammodo ejus imago sit, nosq reddat formaliter cognoscentes; Dicitur Perfectio intellectus immanens expressiva Objecti. Et sic, quia per ejusmodi cognitiones intellectus noster scire dicitur ac intelligere ac circa objecta versetur. Vocantur Actus Intellectus. Quia illas producit (suat enim ejus opus et effectus) vocantur Operationes. Quia verò (videlicet cognitiones) sunt formales imagines Objectorum expressivæ.

Quid sit Intellectio

vocantur Species Expressa. Nam intellectus noster non potest aliquas, res cognoscere, nisi fabricando et imprimendo sibi quandam rerum Idea, (quam Speciem Impressam vocamq) qua mediante, formet sibi ipsum Objecti imaginem, seu, ipsam cognitionem rei.

Nota. 2do. Objectum, (cujus notitia summè hîi est necessaria) ab Objicio dicitur, eo, quod actui in se tendenti objiciatur. Definitur, Objectum est id, quod terminat actum alicujus potentiæ intentionaliter agentis. Vg cum cognosco Deum, Deus est Objectum cognitionis meæ. Dum amo Amicum, Amicus est objectum meæ amoris, dum video solem, aut solem, Sol est Objectum visionis.

Quid sit Objectum.

(Adverte in Definitione dici. Potentiæ intentionaliter agentis. quia licet etiam Potentiarum, Physice agentium termini seu effectus, Objecta dicti soleant earundem; quæ ratione Vg. Creaturæ Omnipotentiæ dicuntur Objecta; hæc tamen locutio impropria est.

Objectum Lato modo, dictum sumptum.

Strictè acceptum. Objectum stricto modo acceptum tantum illud dicitur, quod (ut dictum sup.) terminat actum potentiæ Intentionaliter agentis.

Adverte 2do. Potentia Intentionaliter agens, est ida, quæ non efficit id ad quod terminatur. Tales potentiæ sunt Intellectus et Voluntas, Dum enim Intellectus circa Objectum versatur. vg Deum Parietem. etc. Aut voluntas circa alicujus rei amorem aut odium; non efficiunt suum Objectum; sed duntaxat terminantur ad illud seu versantur circa illud. Tales Potentiæ sunt etiam sensus omnes sive Interni sive Externi ea ratione quia terminantur ad Objecta; non vero respectu actuum, quos ipsi producunt. Vg Quatenus Visio terminatur ad Parietem est potentia intentionaliter agens, quia Objectum suum non producit. Quatenus vero eadem perfectio Visiva, visionem ipsam producit, respectu hujus actus non est potentia intentionaliter agens sed Physice.

Potentia, intentionaliter agens.

Hinc. Potentia Physicè agens illa dicitur, quæ producit Objectū ad quod terminatur, quales potentiæ sunt omnia Agentia, productiva alicujus effectus respectu ejusdem. Physicè agens.

Nota 3tio multum interesse, ne intellectus noster (qui sæpe obscurus est, aut res minus bene et apte percipit) in suis Operationibus erret: adeoq ut hæ Imagines, hæ Expressiones hæ Cognitiones, hic actus, recti ac veri sint, etsi sine errore fiant, Dialectica officium suscipit, dirigendi et instruendi intellectum ut bonas apprehensiones faciat, bonos conceptus formet, bene unum cum altero componat aut dividat, bene inferat et concludat. Finis Dialecticæ

Nota 4to. Quandocunq potentiæ nostræ externæ versantur circa aliquod Objectum, vg Potentia visiva circa colorem aut lucem seu faciem et: Auditiva circa sonum, semper Intellectus noster simul incipit operari, imo formando sibi, ideas et Impressiones quasdam velut simulacra rerum (quæ, & Species Impressæ dicuntur.) his fabricatis, &c. Cognitionem ipsam elicit, circa Objectum. Vg Dum Oculus potentia visiva versatur circa faciem, etiam intellectus operari incipit, id est, Operationem seu Cognitionem eliciendo circa eum ipsum faciem.

Nota 5to. Operatio Intellectūs triplex est. Vg Prima, Secunda, et Tertia. Triplex mentis operatio.

Operatio Prima Intellectus est Apprehensio Simplex, quando intellectus noster, fertur in Objectum, id est. (rem aliquam apprehendit) nihil de illa affirmando aut negando. Hoc est quando Intellectui Objectum aliquod proponit, sive Simplex illud sit, ut Homo, Lapis, Paries, et: sive Complexum, ut Populus, Exercitus, Civitas, Senatus, etc sine ullo judicio, hoc est; nihil determinando de re vg Sitne homo rationalis, necne? Sitne Exercitus magnus aut parvus, nullo inquam assensu aut dissensu facto.

Nota per Primam Apprehensionem hanc, (quæ nihil aliud est,

Definitio Primæ Apprehensionis. Prima simplex rei alicujus aut Objecti representatio sine ulla affirmatione v negatione de illa; etiam integra Oratio, hoc est: Integra Propositio apprehendi potest citra ullum judicium circa illam ut si quis audiat, et mente percipiat propositionem aliquam hæreticam vg. Sancti non sunt colendi: aut factum aliquod turpe. imaginationi propositum, apprehendat; nihil interim circa illud affirmet aut neget, mentem nec in hanc nec alteram partem inclinet; sed suspenso omni judicio, solum quo ad terminos apprehendat.

Adverte 2do Si Intellectu apprehendat Objectum Indivisibile seu aliquid Simplex, dicitur Apprehensio, Prima Simplex seu Incomplexa. Si vero apprehendat Objectum aliquod instar duorum aut plurium, et nihil judicando, etiamsi integram propositionem; dicitur Apprehensio Prima Complexa.

Operatio Intellectus 2da. Secunda mentis Operatio nihil aliud est quàm Apprehensæ rei Enunciatio. id est, quando aliquid affirmamus esse tale aut negamus. vg Homo est animal. Petrus non est Lapis.

Cur Secunda Dicitur Operatio Secunda, quia præsupponit Primam. Nam intellectus noster non potest aliquid enunciare de re nisi prius, Prædicatum illi et Subjectum conjungat et apprehendat; intelligat, an unum alteri conveniat vgte Animal rationale cum homine. v disconveniat, ut Lapis cum Petro.

Judicium. Adverte hic. Secunda Operatio varias sortitur Appellationes? Vocatur Judicium; quia intellectus per hanc rem dijudicat, Vocatur Compositio v Divisio; quia intellectus vi hujus, si Prædicatum conveniat Subjecto, intentionaliter illa componit, et quodammodo unit, quod denotatur per Particulam Est, ut Petrus est homo. Si vero Prædicatum Subjecto disconvenit, tunc intellectu intentionaliter, id est mentaliter dividit Unum removendo ab altero; quod Denotatur per Particulam Non est: ut Petro non est Lapis. Vocatur Propositio seu

Enunciatio, quia Intellectus per hanc id quod apprehendit, sibi proponit et affirmative vel negative Enunciat. Hinc etiam dicitur Secunda Operatio dicit Assensus v Dissensus; eo, quod rebq assensum prebeat per Affirmationem; v Dissensum per Negationem.

Tertia Operatio est unius ex altero Illatio, hoc est quando ex una Propositione infertur altera ut fit in Enthymemate aut ex duabq Premissis Propositionibus infertur Tertia uti in Syllogismo. Et sic per illam ab uno Judicio proceditur ad aliud vg video fumum et dico est ignis. Hic, ex cognitione et Judicio fumi infero Cognitionem et Judicium ignis. Quid sit Operatio

Adverte 3tia hac mentis Operatio dicit Discursq quia Intellectus vi hujus ab una cognitione, quodammodo movetur et currit ad aliam. Dicitur Argumentatio quia ex uno v pluribus arguitur ad aliud. Dicitur Operatio Tertia, quia presupponit ante se duas, scilicet Primam quæ res apprehendit nude, et Secundam quæ judicat unam ponit aut dividit intentionaliter, Tertia ex priorib compositam infert, quæ connexa sunt, Omnis homo rationalis, ergo omnis homo est risibilis, Vel Omne rationale est risibile, Omnis homo est rationalis. Ergo, Omnis homo est risibilis.

Adverte 2do quomodo Tertia Operatio componatur ex duabus Operationibq Secundis, aut ex tribus, hoc est Propositionibus seu Judicijs. Et habetur Discursus.

Que. 2do circa quid versetur Dialectica, seu quod idem est, quodnam sit Objectum Dialectica? R. Ope trium mentis Operationum. Quia Dialecticus intellectus, seu habitus Dialectica, in hoc totus est, Ut cognitiones nostræ fiant recte id est, ut bene dicantur eo id representent sine errore, quod representare debent. Nam Dialectica docet bene apprehendere bene judicare bene inferre; quæ sunt officia trium mentis Operationum Objectū Dialectiæ

Divisio Dialectiæ

Quæstio, Quomodo dividat Dialectica? R. Tripliciter. In Dialecticam Apprehensivam. Iudicativam, et Discursivam.

3. modi sciendi.

Colligo, per ordinem ad tripliciem hanc Dialecticæ partem, Tres sunt modi sciendi. Definitio, Divisio, Argumentatio. Definitio pertinet ad primam Operationem Mtis. quia semper est Prædicatum Propositionis, cujus Subtum est ipsum Definitum. Vg Homo est Animal rationale. Hic solum Prætum, scilicet Complexus terminus Vg animal rationale est tota Definitio: Subtum vero Vg homo non est Definitio sed ipsum Definitum. Cum ergo Prætum Propositionis tanquam terminus pertineat ad primam Operationem, Definitio vero Prætum sit, Ergo pertinet ad primam Operationem. Divisio spectatur eadem quia Divisio semper est Enunciatio et quidem Complexa. Argutatio, quæ ex notis aliquid ignoti deducit, pertinet ad 3tiam Operationem. His prænotatis, sit

Disputatio Prima.

De Dialectica Apprehensiva.

Seu de iis quæ pertinent ad I. mentis Operationem.

Quid sit Apprehensio, jam patet ex Not. 5ta sup. Quæ vero ad illam pertinent, sunt ea quæ intellectu apprehenduntur, et postea per Iudicium intentionaliter conjunguntur aut separantur (ut supradict. sub. 2da Operationis explicatione seu Definitione.) Hæ quæ apprehenduntur Simpliciter, a Philosophis Termini dicuntur. De his sequens

Quæstio Ima.

Quid sit Terminus Dialecticus?

Pro Intelligentia Prænota, Propositionem quid Dialecticos

nihil aliud sit, quam, Orationem, in qua aliquid Enunciatur de alio vg Petrus est homo. Quid Propositio

2do. Propositionem esse duplicem, Formalem et Objectivam. Formalis

Formalis est, Actus Internus Intellectus, quo Judico Petrum esse hominē. seu est ipsum Judicium mentis. Voces vero sunt signa Externa quib⁹ hoc Judicium manifesto. Propositio Objectiva. est Objectum Objectiva

ipsum illius actus interni seu est ipsa Res, quæ ab actu Intellectus cognoscitur, et per voces aliave signa v Scripturam exprimitur. vg ipse Petrus, ipse homo in se.

3tio. In Utraq hac et omni Propositione tria reqviruntur. Requisita.

Subjectum, Prædicatum, et Copula. Subjectū est id de quo dicit quid dicit Prædicatum id qd dicit. Copula vero est unio seu nexus, utriusq: Intelligitur per Verbum Substantivum Sum, Es, Est. Nec reqviritur, ut Copula semper sit Aperta et Explicita, modo Implicita sit vg Petrus currit. Resolvit sic: Petrus est Currens, sic de cæteris.

4to. Qualis Propositio, Tale est Subtum tale Prædicatum etc. Vg Propositio formalis, constat Subto, et Præto formali, et utrinque, quatenus idem actus Intellectus, expressivus est, ejus de quo sermo, ejus quod in sermone, et Identitatis, seu Unionis, unico Judicio. Propositio Objectiva, Subto Præto Objectivo tangit partibus suis, seu Extremis, quibus utrinq Propositio quævis quodammodo claudituR. His præmissis.

Regula. 1mo. Terminus in Genere, est finis v initium cujuscunq rei. Sic Extremitates lineæ, vocantur Termini ejusdem. Lapis in agro positus, est terminus fundi alicujus. Ad hunc modum etiam quævis Propositio Dialectica suos Terminos habere dicitur. Unde Terminus Generice.

Regula. 2do. Terminus Dialecticus est Extremum, in Terminus Dialecticus.

quod resolvitur Propositio tanquam in Prædicatum et Subtum. Est communis. Ly Extremum est Genus, quia per hoc Terminus Dialecticus, convenit, cum aliis verum terminis, quia sunt extremum rei. Per reliquas Partiales differt ab omnibus, quia non sunt Termini Propositionum ut Subtum, aut Prædtum.

Colligo, Imo Terminum Propositionis solum est id, quod in illa rationem Prædicati aut Subti habet per se: adeo in quavis Propositione Dialectica duos tantum esse Terminos, quia unum tantum est Prædtum in quavis Propositione et unum Subtum. Copula seu verbum est cum sit nexus utriusq et unio, non potest esse Terminus.

Dices contra. Quod potest esse Extremum Propositionis, hoc potest esse Terminus. Sed unio potest esse Extremum Propositionis. Ergo potest esse Terminus. Min. prob. Quod potest terminare Propositionem hoc potest esse Extremum Propositionis. Sed Unio potest terminare Propositionem. Ergo Unio potest Esse Extremum Propositionis. probatur Minor. Bona est Propositio Petrus docty est. Ergo Est seu Unio potest terminare Propositionem.

Imo Distinguo Majorem. Vtentionis probationis. Con. Maj. Neg. Min. Vtentionis probationis. Con. Maj. Min. Neg. Vtentionis probationis Conc. Antec. Dist. Con. Ergo Unio potest Terminare Propositionem Dialecticè, ut Subjectum aut Ptum, neg. Cons. Loquendo Terminare Dialectice est esse Subm aut Ptum. caliter et ut Extremum reale Conc. Cons.

Dist. Antec. Distinguendo Maj. anam. Quod potest esse Extremum Propositionis tanquam Subtum aut Ptum, hoc potest esse terminus Con. Maj. Quod potest esse Extremum Propositionis quomodocunq hoc potest esse terminus Neg. Maj. Similiter Neg. Distingvo alias Propositiones et neg. Cons.

Adverte. Copula, quomodocunq locata in Propositione sive ab initio sive in medio sive in fine, quia nihil interest, semper eodem manere fingitur id est semper est Extremorum Unio. Quia necessaria

tur situs verborum sed sensus.

Dices 2do, Unio extremorum potest in Propositione Dialectica esse Subtum v Praetum. Ergo adhuc esse terming. Probatur Ans. Bona ~~ergo~~ ~~ergo~~. Est, est Copula. Sed in hac ~~propone~~ ly Est est Subtum & Copula seu Unio ~~est~~ ~~esse~~ Subtum Consequenter terminus. R. ~~ano~~. Dupo Ans, Unio extremorum potest ~~esse~~ Subtum ut Unio est neg. Ans. Alia ratione Con. Ans. Similiter Dupo. Cong. Eodem modo Probationis Dupo Subsumptum, In hac Propositione ly Est est Subtum et est hoc ipso nexus neg. Subsumptum, et non est nexus Cone. Subsump. et neg. Consq.

R. 2do, Disput. Gratia. Neg. Ans. Probas, Ans Cone. Susump. aliter Dupo: in hac ~~propone~~ ly Est est Subtum Sumendo Est materi aliter. Dic Literaliter, aut Grammaticaliter seu per se ipso Cone. Subsump. Sumendo Formaliter. Id est pro eo quod significat, seu significare debet, unitum Identitatem duorum, neg. Subsump, scilicet quod tunc Subtum sit, et neg. Cong.

Unio Materialiter sumpta fit ex terminus.

Copula itaq. Formaliter sumpta, id est pro unito unit Praetum cum Subto, non est esse terming ut Quod, id est tanquam Subtum v Praetum. Sed ad summum dici potest Copula terminus ut Quo id. Di cujus Subtum et Praetum actu sunt termini in Propositione.

Copula Formaliter sumpta dicit ut Quod.

Nota. Omnes Voces significativae sunt signa seu Voces ex placito hominum rebus significandis impositae. Vg Animal rationale denotatur per Vocem Homo. vehementia alicujus, per vocem Valde. etc et hae est Vocum illarum Significatio Formalis dum videlicet ad denotant, ad quod significandum sunt impositae. Quando vero Voces praedicta illae sint, ponuntur pro se ipsis tantum, seu nihil aliud nisi se ipsas significant, quod ad literas aut Syllabas etc. Haec est illarum Significatio Materialis. Vg Dum dico Homo est animal, importatur Significa-

Voces signa ad placitum.

tio Formalis, Dum vero dico homo est Disilla dum est Substantivum et: Denotatur significatio Materialis, sic Valde est Adverbium, Valor constat

Dictionum formaliter acceptarum tantum recti casus sunt Termini.

gring Cteris etc

Collige 2do. Sola nomina (scilicet Substantiva et Adjectiva perfecta) et Participia; idq casus tantum eorum recti possunt esse termini Propositionis. Ratio est Quia illi tantum possunt esse Predicatum aut subjectum Propositionis a voces sumantur formaliter. Ratio ulterior. Quia illa tantum in Propositione sunt Predicata et Subjecta, quae per Copulam Est inter se identificantur. Sed recti tantum casus tales sunt. Ergo. Si verò voces sumantur Materialiter, tunc omnino omnes, scilicet Verba, Adverbia etc imo etiam non significativae; item ipsae literae et Syllabae casu obliqui possunt esse termini. Quia possunt esse Subjecta aut Predicata Propositionis. Ut Est est Littera. Bel. est Syllaba. Amo est Verbum. Blictri est nihil.

Objicies Amo. In hac Propositione; Petrus Currit; Verbum currit, etiam in Formali sua significatione acceptum, scilicet pro cursu, est Terminus. Ergo non sola nomina sunt Termini. R. Amo Dato Ans, Verbum currit est Terminus formaliter Neg Ans. Aptitudinaliter est Terminus Cons. Ans, et neg. Conq. Quia Verbum currit aequivalet verbo sum et participio, scilicet est currens. Adeo, Verbum currit est Terminus non formaliter, prout Substat, sed Aequivalenter, prout idem valet.

Ad eo Do Dato Consequens. Ergo n. sola nomina, sunt Termini. Aptitudinaliter Con. Sed non sola nomina Formaliter neg. Consq.

Objicies 2do In hac Propositione: Haec Domus est consulis Obliquus Consulis est Terminus. Ergo non solum casus recti non sunt Termini. R. Neg. Ans. Nam Predicatum hujus Propositionis non est obliquus Consulis; sed intelligitur aliquis rectus ut Haec domus est Habitatio Consulis. v Haec domus est pertinens ad Consulem. Adde Attendendum ad aequivalentiam Propositionum.

Affectiones Terminorum.

Nota. Adverbia, Casus obliqui, etiam cum Prepositionibus suis formaliter acceptæ si ante v post Copulam ponantur se solis non sunt Termini, quia per se non significant ut Petrus est Valde etc. sed vocantur Affectiones, Circumstantiæ seu Modificationes terminorum etc. Vnde cum dico: Petrus est cæcus uno oculo, hæc modificant seu explicant ipsum Prædicatum. Ly Petrus et cæcus solum sunt ipsi Termini.

Collige 3tio. Plures Voces simul sumptæ, imo Integra Propositio, nec etiam toti Syllogismi, si sumantur Materialiter possunt esse termini. Rdr. Quia possunt esse Subtum v Prædm Propositionis. Ex. Petrus est doctus est bona Propositio. Item, Omnis homo est animal, omne risibile est Homo Ergo Omne Risibile est animal est, bona argumentatio. Ubi totus Syllogismus rationi Subjecti habet.

Objicies contra, Plures voces simul sumptæ non possunt terminare Propositionem. Ergo plures voces simul sumptæ non possunt esse terminus. Probatur Antecedens. Illud tantum terminat, quod Locum Extremum occupat, sed plures voces simul non possunt Extremum Locum occupare Ergo non possunt simul terminare. R Neg Ans. Probationis Dyb. Maj. Illud tantum terminat Physicè, quod Extremum locum occupat concedo Majorem, Illud tantum terminat Logicè seu Dialecticè Rodd etc. Neg. Maj. et Conclsa Minore, Similiter Dyvo Cons. Ergo. Plures voces non possunt esse Termini Physicè, Cons Conc. Logicè Neg. Consequentiam. Nam Physicè terminat id quod initio et in fine est, uti sunt puncta lineæ in Extremitatibus. Logicè verò omne id quod cum ratione Subti aut Prati habet. Potest autem integra Propositio esse id de quo aliquid dicit adeoq esse Subtum. Ly Petrus est Doctus est Dialectica Propositio. Dico 1mo In hac enunciatione citata; Ly Petrus est Doctus, est solum Pars Propositionis citatæ

Propositio citata Da-

Ergo non est integra Propositio. Ergo falsū est quod tota Propositio possit esse terminus. R. Distingue Ans. In citata Enunciatione ly Ergo esse dicty, est Pars Propositionis tantum, diverso respectu Con. Ans, eodem Respectu neg. Ans. Nam prout constituit aliam Propositionem cum reliquis terminis est pars, prout spectatur in se, est tota et perfecta Propositio. Sicut Lapis respectu sui est totum quoddam, respectu cumuli seu acervi est pars aggregationis.

Quod Propositio sui ipsius tota, ratione dicty est Pars.

Dices 2do. Propositio utpote Enunciatio pertinet ad 2dam Operationem Termini autem ad 1mam. Ergo Propositio integra nō potest esse terminus. R. Dico. Ans Propositio formaliter sumpta spectat ad 2dam Operationem (quod Ans. Materialiter sumpta neg. Ans. Potest enim intellect per Simplicem Apprehensionem (ut sup. dict.) totam repraesentare Propositionem, materialiter sumptam sine ullo Judicio; quo deinde Subtum esse potest in formali Propositione seu Judicio. Vy Sancti non sunt colendi est Hæresis.

Nota, quando dicitur in Definitione: Terminus est extremum in quod Propositio etc ly Resolvitur non accipitur pro actu 2do seu Actuali Resolutione; sed pro aptitudinali id est pro actualmo scilicet pro Resolubilitate seu, posse resolvi. Ut sensus sit: Terminum esse Extremum quo Propositio aliqua, constat aut constare debet, aut in quod desinere potest, velut in Subtum aut Dictum, Atque bene dicitur Domus Resolvitur in Tectum Parietes et fundamentum id est, constat seu subsistit illis: sive interim actu componat aut Dissolvatur, sive Integra perstet. Verum est

Resolvi hic notat per accidens pro Dissolutione sui in Partes, et pro desinere a Subsistere.

Quæstio 2da
De Divisionibus Terminorum.

Juxta triplicem Loquendi modum seu Disserendi vg Mentalem, Vocalem et Scriptum: Mente seum, Voce et Scriptura cum altero in ordine ad manifestationem Conceptum mentis: Vary sunt Termini, et per diversos Respectus multiplices. Breviter illos recensebimus.

Universalissimè dividitur Terminus in Mentalem, Vocalem, et Scriptum. Terminus Mentalis

Mentalis. Est Extremum Propositionis Mentalis. Quia etiam indivisibilis actus intellectus seu cognitio aliqua, id in se habet, quod sit Expressio ejus, De quo ipsum Judicium, et ejus, quod judicatur ideo, mente Distingui Prædm et Subtm; consequenter in actu intellectus indicativo esse Extrema duo non quidem Formaliter, (quia actus intelligus est indivisibilis seu Spiritualis nec constat partibus) sed Equivalenter et Virtualiter quatenus indivisibilis actus intellectus, Equivalet, distinctis apprehensionibus, et ea indivisibiliter representat, quæ in Vocali Propositione distincta aut divisa sunt.

Terminus Vocalis, est Extremum Propositionis, Vocalis. hoc Terminus Vocalis
Est vox aliqua quæ in Propositione Vocali rationem Prædti habet aut Subti.

Terminus Scriptus est Extremum i.e Prædti aut Subti, in Propositione scripta.

Terminus Mentalis dividitur in Ultimatum et non Ultimatum. Unus Ultimatus

Ultimatus est ille, cum quis per signum aliquod rem ipsam seu Significatum rei cepit. Vt si quis audita Voce Lapis non Vocem nudam concipit, sed substantiam rei per Vocem denotatæ scilicet Substantiam Lapidis v Si quis viso Lapide in agro non Lapidem ipsum concipit, sed Dominium alicujus cui se extendi, quod per Lapidem denotatur Ultimo.

Non Ultimatus est cum quis Non Ultimatus
percepto signo, in eo sistit, et ad Significatum Rei, seu quod ultimo di-

notatę non penetrat. Vt si quis audita Voce Græca Agatos ignarus linguæ hujus: aut Logicæ ignarus audiat vocem REX BAV: vocem concipiat mente, et ulterius non penetret.

Terminus Mentalis Dividitur in Terminum Directum et Reflexum. Directus est, quando cognitio tendit in aliquid distinctum, ab actibus suæ potentiæ. Vt si concipio hominem, Homo distinctum est quid, ab actibus intellectus concipientis. Directus

Reflexus Terminus est ille, qui supra actum aliquem suæ potentiæ reflectit, seu qui tendit in actum aliquem, ipsius potentiæ a qua procedit. Vt si quis cogitet de sua cogitatione præsenti v. g. præterita, eodem actu v. diverso.

Terminus Vocalis aut Scriptus Dividitur Imo in Significativum et non Significativum, Terminus Significativus est ille qui præter sonum et vocem, aliquid ex institutione hominum significat, Vt Homo, Leo.

Significativus

Non Significativus Terminus Non Significativus est ille, qui præter literas suas et sonum nihil prorsus aliud significat. ut Blictri, Sindapsis etc.

2do. Terminus Vocalis dividitur in Categorematicum, Syncategorematicum, Mixtum, Communem et Singularem.

Categorematicus Categorematicus Terminus est, qui per se et Solus, potest esse Prædm v. Subm Propositionis. Seu. Qui per se absq; ullo addito aliquid certum significat. Vt Homo, Sapiens, Fortis etc.

Syncategorematicus Syncategorematicus, qui per se solus non potest esse Prædm vel Subjectum Propositionis, sed tantum adjunctq alteri. Vt Omnis, Nullus, aliquis, Uterq, neuter etc.

Dices. Ergo et Adverbia, et Casus obliqui erunt jam Termini, quia possunt adjungi Subjecto aut Prædo, et illud constituere,

sicut Syncategoremata. R/ Neg. Segpotam. Nam Syncategoremata adjuncta Recto aut Subto constituunt Terminum aliqm complectum in recto; Adverbia vero et casus obliqui hoc non faciunt, sed solum circumstant Rectum aut Subtum, ut Supra explicatum Qu est. ama. sub colligo Deo, ubi ratio data est.

Mixtus Terminus est ille qui Virtualiter, partim Categore ma, partim Syncategorema includit, ut Nemo, id est nullus homo. Semper, id est Omni tempore, ubiq id est omni loco etc. Mixtus.

Communis Terminus est ille qui convenit pluribus seorsim acceptis, seu. Qui significat unum quod multis tamen convenit, seu Qui significat rem pluribus communicabilem; sive illa plura actu existant, sive non, et solum possibilia sint, Vg Homo, Deo, Sol, Phoenix, etc. Communis.

Singularis Terminus est ille qui unam rationem significat seu rem non communicabilem multis, denotat. Vg Petrus, Hic homo, Polonia, etc Singularis.

3tio Terminus Communis dividitur in Univocum, Aequivocum et Analogum. Univocus Terminus ille est, qui convenit pluribus qua multiplicationem totius sui significati. Hoc est. Univocus, est nomen commune, quod eandem omnino naturam in multis significat, ut Homo Respecta Petri, Pauli, et omnium, quorum unicuiq totissima ratio hominis et eodem modo competit, eum ung non sit aliter, nec plus, homo quàm alter. Univocus.

Aequivocus Terminus est ille, qui uno nomine communi, diversas naturas significat, Vt Canis, qui et domesticum animal et marinum et sidus certum denotat. Item Gallus, qui et hominem Francum et Gallum Gallinaceum significat. Quorum nomen commune, ratio vero seu natura per nomen significata omnino diversa. Aequivocus.

Analogus.

Analogus medius est inter duos priores: ut forte qui uno nomine communi diversas quidem naturas significat, inter se tamen similes, quo ad aliquam proportionem et convenientiam. Vg Sanum dicitur et de homine, cui principaliter convenit, et de medicina, aut cibo aliquo cui minus principaliter. Item Caput et animalis parte superiore, et de Rege in Rep. Unde Analoga dicuntur ea quorum nomen commune, ratio vero per nomen significata, nec omnino eadem, nec omnino diversa. Participant itaq; ab Univocis et Equivocis, magis tamen accedunt ad Equivoca.

Complexus

4to Dividit Terminus in complexum et Incomplexum. Complexus terminus est ille qui sine verbo compositus est, ex pluribus, habentibus eandem rationem extra compositionem quam habent intra. Ut homo justus. Petrus et Paulus etc.

Adverte hic Compositio seu Conjunctio fit v. gr. Adjectivum cum Substantivo ut Homo justus; v. gr. per Conjunctionem copulativam ut Petrus et Paulus. v. gr. per Verbum est, vg qui est bonus est laude dignus. Unde in Termino Complexo semper requiritur aliqua Univ. v. Conjunctio. Defectu hujus non sunt Termini Complexi, Synonima Vg Marcus Tullius Cicero, quia non est Compositio diversarum rerum. Item nec sunt Termini Complexi Dominus, Proconsul, Prorex licet partes seorsim significent vg dominus, non tamen significant idem quod in Compositione.

Incomplexus.

Terminus Incomplexus, seu Simplex est ille, qui caret compositione. Vg Homo, Animal, Prorex etc.

Concretus

5to Dividitur Terminus in Concretum et Abstractum. Terminus Concretus est, qui significat simul Subjectum et Formam.

seu qui significat aliquid per modum compositi ex Subto et Forma
Ut album, dulce, etc. vt Quod significat compositum ex quasi subto
et quasi forma ut Homo, Deus, hoc est ex Persona et humanitate
aut Deitate. Terminus Abstractus est ille qui significat solam Abstractus.
Formam, v quasi formam, ut Albedo, humanitas, Deitas etc.

Nota 1mo Concretum duplex est Physicum et Metaphysicum.
Concretum Physicum est illud, quod componitur, ex Subto et Forma Physi Concretū Physicū
ca realiter distinctis. Ut album quod significat, Parieti vg tangm
Subto, inesse albedinem tanquam formam. Pro quo. Intelige, Quid sit Forma
Formam esse id quod constituit aliquid inesse tali intrinsecè Extrinsecè
Subjectum vero hoc loco esse id, quod per Formam in tali esse con Subjectū Concre-
stituitur et denominatur. Ut albedo est Forma, apta denominare ti.
rem aliquam seu Subtum. Paries vero aut Papyrus. est Subtum,
quod ab hac forma dicitur et denominatur album. Si Forma
talis aliqua sit in Subjecto, et tribuat illi denominationem, ut al
bedo parieti, vocatur Terminus Intrinsecè denominans. Si Terminus Intrin.
vero Forma aliqua det Subjecto denominationem et illi non insit secus.
ipsa forma, ut visio terminata ad parietem, quæ illum denominat
visum, est Terminus extrinsecè denominans.

Metaphysicum Concretum est, quod componitur ex Subjecto Concretū Meta
et Formâ solum ratione nostra, (id est quatenus concipimus) vel per physicum
intellectum nostrum distinctis ut Deus. id est Persona habens Dei
tatem. Vt autem agnoscas quænam sint Concreta, vide an pos
sint resolvi in Subjectum et Formam ut in Physicis, v in quasi Subtum
et quasi Formam ratione nostra. Sic enim resolvitur Album hoc est
Subjectum habens albedinem. Homo, Subjectum seu Persona habens

humanitatem id est naturam humanam.

Nota 2do, Concreta seu ejusmodi Composita varia esse. Alia enim sunt Compositiones Substantiales seu Concretiones, scilicet: ex Persona et natura, quod fit in solis rationalibus, Deo Angelo et homine. Vg Homo significat Personam et naturam humanam. In irrationalibus vero Subjectum Concreti non dicitur Persona vg Leonis aut Capidis, sed dicitur Suppositum. Alia Compositio est Accidentalis, ex Substantia alba et accidente, ut Album, ex Pariete vg et albedine.

Absolutus

Connotativus

6to dividitur Terminus, in Absolutum et Connotativum. Absolutus ille est, qui in perfecta significatione sua non pendet ab alio. Sic, qui se solo absq alio est perfectè Significativus, et talia sola sunt nomina id est Substantiva, Nomine Substantivo rum autem intelliguntur etiam ea, quæ substantivè accipiuntur vg. Ut album est Disgregativum visûs. Vg album est Terminus Absolutus quia facit cum verbo sensum perfectissimum. Connotativus Terminus est, qui non se solo absq alio est perfectè significativus. Ut albus, niger, et talis Termini sunt omnia et sola adjectiva.

Infer. Omnis Terminus Absolutus est Categorematicus simul; non econtra. quia Adjectiva perfecta ut Fortis, Doctus, sunt Categorematici sed non Absoluti. In Categorematicis, spectatur ratio Prædi aut Subti in Absolutis ratio perfectissima significationis. 2do Omnis Terminus Syncategorematicus est Connotativus; non econtra, Quia adjectiva perfecta sunt Connotativi, non tamen sunt Syncategorematici, quia possunt ipse Prædum vg Subjectum se solis, adeoq rationem Categorematici obtinent, ut sup.

dict.

Nota Cy Connotare hic non accipitur pro qualicunq ordine aut respectu, sed pro adjacere albedi seu quod petit consortium alterius in ordine ad perfectissimam significationem, Vt Sapiens, Docty, etci adeoq Petrus licet denotet Dominum, ordine relationis, non est Terminus Connotativus, c

Ztimo dividitur Terminus in Finitum et Infinitū. Finitus est qui significat aliquid determinatè, ut Homo Leo, etci Finitus

Infinitus verò qui aliquid determinati negat, et nihil certi affirmat. Vg Non homo: hic negatur homo, et certi nihil affirmatur. Vocatur Infinitans, quia de infinitis propè rebus dici et prædicari potest, Vt Terra est non homo, Coelum est non homo etci Infinitus.

Stavo. Positivus Terminus est, qui aliquid in re positum seu aliquid reale significat, ut coelum, terra. Positivus.

Privativus qui significat aliquid abesse a Subjecto capaci, Vg Cecitas respectu hominis. Privativus.

Negativus, qui significat simpliciter Carentiam alicujus. Vt Lapis Non videns respectu Lapidis. Negativo

Nono. Terminus Imæ intentionis est ille, qui ita significat aliquid prout a primis institutoribus significationem accepit, Vt Cy Homo, quod naturam humanam significare debet ex prima institutionis voluntate. Imæ Intentionis.

Terminus 2dæ Intentionis, Ille est, qui 2do impositio rebus, seu qui significat rem non ut est in se, sed ita unam significandi institutionem sed prout ab intellectu cognoscente aliquam accipit denominationem extrinsecam. vg Homo est Subjectum, Homo est Species etci Nam Cy homo ex prima intentione seu Primo intentionaliter, significat humanam naturam: 2do intentionaliter verò Cy homo significat Speciem, Subtū aut Prædicatum. 2dæ Intentionis.

Nam tales Termini sunt ab intellectu cognoscente et denominant res extrinsecè. Tales Termini sunt; Definitum, Divisum, Genus, Species etc.

Denominans

10mo. Terminus Denominans. qui dat. denominationem alteri, seu a quo alter derivatur. Vg Justitia. et qua dicitur Justus. Hic Terminus Derivatus vocatur Denominativus Denominatus; cui verò applicatur, vocatur Denominatus. Vg Deus est Justus.

Copulativus seu collectivus.

11mo. Copulativus seu Collectivus Terminus est qui significat rem unam ex pluribus in recto importatis compositam per accidens. Id est sine Unione Physica. Vg Civitas, Exercitus, Populus, etc. Differt a Concreto, quia Concreta ut plurimum unum dicunt in recto alterum in obliquo. Ido. Vniuntur unione Physica seu In Concretis intervenit unio Physica, aut Denominatio.

Non Copulativus seu Divisivus.

Terminus Non Copulativus seu Divisivus qui unam rem solam significat. Vg Petrus, Rex etc.

Confusus

12. Terminus Confusus, qui aliquid indeterminatè significat, ut Homo, nullum enim certum designat. Vocatur etiam Terminus Superior. quia sub se continet alios, Vg Petrum, Paulum, Adriam.

Determinatus

Terminus Determinatus, qui rem certam significat. item Inferior, qui sub alio continetur. Vg Petrus, Paulus, continentur enim sub Termino Superiore.

Transcendens seu Transcendentalis

13. Dividitur Terminus in Transcendentalem, Super Transcendentem, et Non transcendentem. Terminus Transcendens seu Transcendentalis ille est qui per omnia rerum genera vagatur. Id est qui de omnibus omnino rebus dici potest. Tales termini sunt 6. RES. significat rei essentiam seu

naturam ipsam. Ens. significat aptitudinem existendi.
Vnum, significat unitatem, qua quaevis res in se singulariter subsistit. Bonum, significat perfectionem entitativam, hoc est, significat nihil deesse rei, ad completum sui esse. seu Substantiam. Aliquid, significat distinctionem ab alijs, quasi dicens, aliud ab alio distinctum. Verum, denotat cognoscibilitatem rei, hoc est, quatenus res apta est cognosci. Hi Sex Termini Transcendunt omnia, id est inveniuntur in omni re possibili, quorum initiales literae unam dictionem Philosophis notam efficiunt.

RCVBAV.

Terminus Supertranscendens est ille qui non solum de rebus veris, sed etiam fictis affirmatur. Vg Imaginarium. Intelligibile etc. Haec enim latius patent, quam possibile: quia plura nobis imaginari possumus quam quae possibilia sunt. Terminus Nontranscendens est ille, qui non invenitur in omnibus rebus, sed limitatam habet significationem vg Homo Lapis

Supertranscendens

Non transcendens

Alij sunt Praeterea Termini, qui se mutuo respiciunt, Vg Subjicibiles, qui in propositione aptiores sunt esse Subjectum, Praedicabiles qui aptiores sunt esse Praedicatum.

Subjicibiles. Praedicabiles.

Alij sunt Pertinentes, quorum unus alterum infert, ut Est visibilis Ergo est rationalis. Est rationalis Ergo est visibilis. Vel se mutuo tollunt, Vt Album, Ergo non est nigrum, et econtra. Dicuntur Pertinentes sequela, quatenus ad unius Positionem, aut ponitur alter, aut ad unius negationem alter tollitur.

Pertinentes

Impertinentes. Alij sunt Impertinentes, qui nec repugnant, nec sequelam habent, Vt Petrus, Paulus, Bos, Equus etc.

Repugnantes. Alij sunt Repugnantes ad quos referuntur, Disparati, Contradictorij, Privativi, Contrarij, Relativi. De quibus in Rhetorica fusè suprà Cap. 7. in Loc. Dial. de Oppositis et Repugnantibus; quæ huc referuntur. Intellige potissimum juxta citato Cap. in fine dicta sunt.

Quæstio 3tia
De Proprietatibus et Affectionibus Terminorum

Rano. Prima Proprietas Termini est Suppositio. Hæc, in genere sumpendo, nihil aliud est, quàm, Loco alicujus Positio seu Substitutio. Nota, Res quas mente concipimus, cum in medium non possimus adducere, nec ipsos conceptus mentis palam exhibere, Voces pro illis substituimus tanquam signa rerum, consequenter conceptuum. Quia verò eadem Res, variè potest concipi et nihilominus una eadem voce seu Termino vocali significari; vg Homo potest concipi, ut est Species; sic non convenit Joanni, Paulo etc. quia non potest de illis prædicari. Item. Homo potest concipi ut animal rationale; sic convenit Joanni, Paulo etc. Item Homo potest concipi ut dissyllabum; sic etiam non convenit Joanni et Paulo etc. Hinc est, quod idem Terminus varias possit habere Positiones seu Suppositiones, et varias fallacias in argumento involvere. Vg Homo est dissyllabum. Joannes est Homo. Ergo Joannes est dissyllabum. Fallax est argumentum et nihil concludit; quia Terminus Homo aliter supponit in majore aliter in minore. Vt patet. Cum tamen in argumento

tione recta Termini debent retinere eandem Suppositionem in Premissis et Conclusione. Quare.

Definitur Suppositio. Suppositio Termini, est Acceptio seu Usus Termini pro eo, quod concipit is, et prout concipit, qui Termino utitur. Vg Audio proferri vocem Homo. Dictio haec significat aliquid, seu ducit in cognitionem alicujus Rei v. gr. dendrites naturam humanam, v. quod sit Subjectum v. quod sit Vox et Dictio Dissyllaba, sta Verbo, significat v. Formaliter aliquid et primo intentionaliter si gonatur pro suo significato quod ex placito hominum significare debet, v. Significat rationaliter et 2do intentionaliter dum ponitur pro se ipsa et non pro suo significato. Itaq; ne audiens falsatur scienda Suppositio seu Acceptio termini, quid hic et nunc ex concipientis intentione importet. Quid sit Suppositio

Nota, Significare Terminum Latius patet, quàm supponere Terminum. Nam significare est ducere in cognitionem alicujus. Significare quid sit,

Supponere vero. est accipi significantem terminum pro eo, quam de facto hic et nunc significat, et non pro ea, quam aliàs et quomodocunq; significat: adeoq; Suppositio est Termini Vocalis aliquid significantis Usus et Positio, pro re, quam significat. Vg Petrus, est Vox, Significat veram et Positivam Entitatem Petri existentis, cui Entitati convenit esse animal rationale; non autem voci Petrus. Vox enim supponit pro re quam significat. Supponere quid sit.

Suppositio Multiplex est.

Primo Materialis; et est acceptio Termini pro se ipso. Et est pro Materia ex qua Componitur, scilicet pro literis aut syllabis. Vg Homo est Vox. In hac Propositione Vg Homo nihil aliud importat quàm Suppositio Materialis.

quod sonat. Si dictio aut Terminus Supponat materialiter,
Intrinseca. seu pro se ipso accipiatur, Secundùm id quod illi est ab intrinseco
et ex se, dicitur Suppositio materialis Intrinseca. Vg Homo est
Vox; hoc enim quod Terminus Homo sit vox a nullo habet, sed ex
eo ipso quod proferatur. Si verò dictio seu Terminus
aliquis supponat Materialiter id est accipiat pro se ipso, Secundum
Extrinseca. id quod Dictioni est ab Extrinseco seu ex beneplacito humano dicit
Suppositio materialis Extrinseca. Vg Homo est nomen. Quod
enim vox Homo nomen sit, et non totius Verbum aut adverbium,
habet ex institutione voluntatis humanæ.

Formalis 2do. Formalis Suppositio est Acceptio Termini pro suo
significato, id est quando dictio pro eo accipitur, ad quod significandum
imposita est, sanctum quid distinctum a dictione. Si hoc signi-
Propria. ficatum dictionis sit proprium, si aliud impropriè significet, quod ex
hominum institutione ~~institutione~~ significare debet, Dicitur Suppo-
sitio Formalis Propria. Vg. Homo est Animal rationale, Ho-
mo videt. In his Propositionibus Vg Homo et Vg videt supponit for-
maliter propriè. Si verò dictio significet rem impro-
Impropria priè seu translatè, erit Suppositio Formalis impropria. Vg
Pisces videnti, Vidit Leo de tribu Juda. Hic Vg videnti et Vg Leo
supponit formaliter, quia significant aliud præter ipsum nomen;
sed impropriè

3tio. Suppositio Formalis alia est Simplex alia
Formalis simplex Personalis. Suppositio Simplex est illa quando
Terminus aliquis accipitur pro suo immediato significato tan

tum. Hoc accidit, quando Subtum Propositionis est Intentionis Termini, Prædicatum verò Rei, ut homo est Species. Animal est Genus. Hic Vg Homo tanquam Subjectum supponit pro natura communi tantum, id est pro natura humana, quam immediatè significat, adeoq non convenit catenus Petro Paulo, etc. Ille enim inferres. Ergo Et Petrus est species et Paulus est Species, Similiter Vg Animal, supponit pro principio sentiendi, in communi tantum, catenusq est Genus, nec potest supponere, pro Leone, Bove, etc.

Personalis est, quando Terminus accipitur non tantùm pro eo quòd immediatè significat, sed etiam pro eo quod mediatè et remotè. Vg Homo est Animal. In hac Propositione, Terminus Homo non tantùm accipitur, pro immediato significato, scilicet natura humana in communi, sed etiam pro omnibus Inferioribus seu Individuis contentis tanquam mediatè et remotè significatis scilicet Petro Paulo etc Unde bene sequitur, Ergo Petrus est Animal, Paulo est Animal etc

Nota aliqui sic dicunt: Personalis Suppositio tunc est, quando terminus accipitur pro significato Rei et Intentionis Vg Homo est Animal rationale. Vg Homo significat naturam humanam, Petro et Paulo etc communem. Simplex verò tunc, quando terminus accipitur, pro significato alicujus Rei Intentionis, tali quod habetur ab intellectu, confusè concipiente et representante. V Plura per modum unius V Distinguente unum per modum plurium, Vg dum dico seu concipio; Homo est Species: hic omnia Individua seu Singularitates simul confusè cognita representantur per modum unius, sub uno termino Homo et sic accipiunt denominationem

Specici. Eodem modo omnes species animalium Considerate, et sub uno termino apprehensæ et representatæ intellectui Vg Animal, fiunt Genus, Item Dum dico Petrus est Homo, Petrus est Individuum etc: in una indivisibili Entitate Petri, intellectus distinguit multa, scilicet rationem Specificam et Individualem. Taliter ergo intellectus cognoscens, scilicet Confundens aut distinguens, ita etiam Terminos Doc Intentionis, qui denotant Suppositionem Simplicem.

Clarig et Brevius sic: Signum Suppositionis Simplicis est, quando ex Subjecto Propositionis non possunt inferri Inferiora, et cum Prædicato Subjecti conjungi. Vg: Dum dicis: Homo est species. Non potes inferre; Ergo Petrus est Species Ergo Paulus est species. Econtra verò Personalis erit Suppositio quando ex Subjecto Propositionis possunt inferri Inferiora, et conjungi cum Prædicato Subjecti Vg Homo est animal, bene infertur Ergo Petrus est Animal Paulus est animal

Singularis 4to. Suppositio alia est Communis alia Singularis. Singularis est illa, quando nomen accipitur pro re una Individua seu Singulari. Hoc fit, quando Terminus V est Singularis, V si Universalis restringitur per particulam aliquam. Vg Petrus currit, Hic homo currit Vg Homo esto Communis sit termini, Particula apposita hic limitat illum et facit Singularem.

Communis Communis Suppositio est illa quando terminus aliqvid significans multa pro multis etiam accipitur. Vg Homo Pro Petro, Paulo, Joanne. Hic Terminus Communis, si accipiatur

pro omnibus suis Inferioribus, Distributivè acceptis, id est ut Pra Distributiva
dicatum Propositionis singulis Inferioribus distribuatur per Enunciati-
nem integram; vocatur Suppositio Distributiva. Vg Homo est Animal,
Ly Homo Distributivè accipitur pro Petro, Paulo, etc Hinc dicitur:
Et Petro est Animal, et Paulo est Animal, etc De unoquoq distribu-
tim enunciando Prædicatum. Si Terminus communis
accipiatur pro omnibus et singulis Inferioribus seu Individuis cum Completa.
tentis nullo excepto; Vocatur Suppositio communis Distributiva Com-
pleta. seu Suppositio pro Singulis Generum. Vg Omne Animal
est Vivens. Ly Animal supponit in hac Propositione et pro homi-
ne et pro Bove, Equo, etc: etc et Pro Petro Paulo etc et pro Hoc
Bove etc Hoc Equo Pegazo vg Bucephalo. etc Si ve-
ro Terminus communis non sumatur pro omnibus et singulis Indi- Incompleta
viduis, sed tantùm pro aliquibus suarum Specierum; Vocatur Suppo-
sitio communis Distributiva Incompleta. seu Suppositio pro Gene-
ribus Singulorum. Vg Omne Animal fuit in arca Noe. Est
Ex omni Genere Animalium fuit aliquod v aliqua, non vero omni-
no Singula.

5to. Suppositio Copulativa, Copulata seu Collectiva est Suppositio Col-
illa quando Terminus communis accipitur pro suis significatis seu In- lectiva.
tividuis simul sumptis id est, ut Prædicatum non de singulis seorsim,
sed, de omnibus collectivè acceptis verificari possit. Vg In hac Pro-
positione = Elementa sunt quatuor. Apostoli sunt 12. etc: Ly Elementa
Ly Apostoli supponunt collective, quia Prædicatum non potest veri-
ficari de singulis Inferioribus, male enim dicens: Ergo Ignis,

est quivor, Petrus est ita. sed non nisi de omnibus simul sub una Enuntiatione acceptis Vg Ergo Ignis Aër Terra et Aqua sunt 4.

Disiunctiva. 6to. Suppositio Disiunctiva. est Acceptio Termini Communis pro suis significatis, sumptis sub Disiunctione. Vg Homo currit, id est, aliquis homo currit. Resolvitur sic Ergo v Petrus currit v Paulus currit v iti

7timo. Disiunctiva duplex est. Determinata et Confusa.

Disiuntiva determinata. Determinata Suppositio determinata. est Acceptio Termini communis pro suis significatis Disiunctivè sumptis ita tamen, ut de uno certo verificetur Propositio. Vg Aliquis homo scribit. Ly Homo supponit, aliquem certum et determinatum scribere, qui designari possit. Unde haec Suppositio significat rem Determinatam Indeterminatè.

Confusa. Disiuntiva Confusa est, quando terminus communis accipitur pro suis significatis Disiunctivè sumptis, sed respecta nullius certi aut determinati significati potest Propositio verificari, nec ulli certo designari vg dum dicitur: Aliquis calamus est necessarius pro scribendo: Ly Calamus pro nullo certo supponit aut determinato: Nam si dicas Anserinus necessarius est, falsum dicis quia Gallinaceo adhuc scribere possum. Ergo ille non est necessarius. Si Gallinaceum dicas esse necessarium; nec hoc bene, quia anserino id praestare potest. Et sic de caeteris. Unde haec Suppositio significat rem Indeterminatam Indeterminatè

Essentialis 8vo. Suppositio Naturalis v Essentialis est quando Terminus accipitur pro eo quod res essentialiter significat, sive in

ferim res existat sive non. Ut Homo est animal. Vg Homo supponit essentialiter, quia accipitur pro omnibus hominibus existentibus, praeteritis futurisetiam merè possibilibus quorum essentia est esse animal. Et hæ vocantur æternæ veritates. Accidentalis Suppositio est, quando terminus accipitur pro eo quod est Accidentale Subjecto vg Petrus videt, et talis involvit certum tempus certum locum etc. Accidentalis.

Rᵉ Edo. Suppositionem Terminorum sequitur Ascensus et Descensus Termini. Ascensus Termini, est ab inferioribus Terminis ad Superiores Gradatio. Seu, Est a particularibus sufficienter enumeratis, ad Universalem seu Superiorem progressio. Vg Hic homo est animal, et iste homo est animal et ille etc Ergo omnis homo est animal. Descensus Termini econtra, est ab Universali, ad particularia progressio. Vg Omnis homo est animal Ergo et Petrus est animal et Paulus est animal sic de cæteris. Ascensus gd sit. Descensus Termini.

Nota quod sunt Suppositiones Termini Communis, tot etiam sunt Ascensus et Descensus Terminorum. Vg Ascensus Distributivus Petrus est animal Thomas est animal etc Ergo Omnis homo. Sic de Descensu et Ascensu Collectivo Disjunctivo etc.

Reliquæ Affectiones Terminorum

Status Termini est extensio significationis ad illud solum Tempus, quod per verbum principale importatur. Porro Verbum Principale est illud in Propositione, quod est Copula Propositionis, seu quod connectit Prædicatum cum Subjecto. Vnde in hac Propositione: Thomas qui fuit Rhetor fuit Dialecticus. Verbum Principale

non est Ly fuit sed est Ly Est Unde Thomas tanquam Subjectum supponit pro tempore praesenti, quod importatur per Copulam Principalē est. Sic cum dico Petrus disputat. Ly Disputat cum implicite involvat copulam est, illa ipsa ut implicite latens est Verbū Principale, et exhibet statum propositionis, ut ad certum tempus adstringit, scilicet Petrum existere hoc tempore, et disputare.

Ampliatio

Ampliatio Termini est extensio Termini ad plura Tempora et non tantum ad illud quod per principalem Copulam seu Verbū importatur. Vg Homo est animal. Ly est, significat omne Tempus et sic terminus homo ampliatur, hoc est, significatio illig extenditur pro omni tempore. Hoc autem provenit ex suppositione essentiali, quando Terminus supponit pro aliquo essentiali quod est aeterna veritatis.

Restrictio.

Restrictio Termini est, Coartatio Termini a latiore significatione ad minus latam, Vg Omnis homo justy Deum videbit. Terminus Homo ex se aptus significare plurimos, est enim Communis terminus; nunc autem per Ly Justus restringitur ad certos. Itaq Restrictio Termini fit. 1mo per Appositionem Adjectivi, ut vides, 2do per Appositionem Relativi vg Omnis Homo qui bene vivit salvabitur. 3tio per Additionem obliqui Omnis actio Christi est infiniti valoris. Vel per appositionem inferioris Termini Vg Apostolus Petry Princeps Apostolorū. Nam latiq patet Apostolus qm Apostoly Petrus.

Alienatio

Alienatio Termini est Translatio ejusdem a Propria significatione, ad impropriam, Vg Ut Homo Marmoreus. Nā homo

solutarie sumptus accipitur pro famosiore, scilicet substantia viuente rationali. per Appositionem vero alicuius alteratur.

Diminutio Termini est quando Terminus Absolute alias significans, per alicuius appositionem incipit significare aliquid secundum quid vy Aethiops est alby secundum dentes. Hic minuit significatio termini alby Diminutio

Appellatio Termini, est Applicatio Formalis significati unius Termini ad significationem alterius vy Petrus est Magnus. Philosophus. Ly Magnus efficit Predicatum ut sensus sit Petrus est Magnus quo ad scientiam Philosophie. Si vero dicas Petrus Magnus, est Philosophus Ly Magnus appellat subiectum et facit aliam sensu.

Colligo. Vsus de Suppositionibus, uti et de aliis Terminorum proprietatibus est, ad cognoscendas Fallacias argumentorum que fiunt per mutationem affectionum, et Suppositionum, Vsus Suppositionibus

Vt patet in sequenti argumento: Hanc cathedram fecit aruclarius. Sed hec cathedra est lignum. Ergo lignum fecit Araclarius. Vbi videis ly fecit. in Majori appellat significatu formale termini cathedre; quod non aliud est, quam talis Dispositio partium tali et tali figura etc. In Consequenti vero ly fecit appellat significatum materiale termini cathedre, quod est lignum, ex quo seu in quo artificiosa partium dispositio facta est.

Quæstio Quarta
De Universalitate Terminorum.

Quid sit Universale.

Universalitas Terminorum seu Universale est unum aptum inesse multis et prædicari de multis. Quæ requirunt ut sit Universale seu Terminus Universalis 1. ut sit Terminus unus Simplex. 2. Ut hic Terminus sit aptus inesse multis et de ijsdem prædicari. 3. Ut sit aptus prædicari Univocè dicti, seu eandem eandem rationem in omnibus æqualiter. 4. Ut sit aptus prædicari seu enunciari de multis Divisim sumptis. 5. Ut prædicatio sit Intrinseca. Vt Homo est Universale. significat naturam humanam secundum eandem rationem inesse omnibus Individuis scilicet Petro Paulo etc quia revera omnes sunt Homo. et quisq illorum divisim, Intrinsecè. Atq; Dei ijs natura hæc seorsim prædicabilis est, Vt Petrus est Homo Paulus est Homo sic de omnibus. De Universalibus speciales Tractatus in Logica, et satis longus nobis hic sufficit (Quatenus cadunt sub rationem Termini). nosse Definitiones. Sunt

Quinq Universalia numero 5.

Genus.

Genus est unum aptum inesse multis et prædicari de multis Specie differentibus (si numero) in quid incompletè. Vt animal de homine bove equo etc

Species.

Species est Universale seu Prædicabile de pluribus solo numero differentibus in quid completè Vt Homo de Petro Paulo etc

Nota quid sit prædicari, quid Complete, quid Incomplete, etc Expositum supra in Locis Dialecticis sub Genere et Forma seu Specie.

Caſ. 5. illuc remitto.

Differentia. Differentia eſt prædicabile de pluribus Specie v numero differentibus in Quale quid; seu, in Quale eſſentiale. vg Sensibile dicitur de homine, Leone, Equo, per quod differunt a viventibus non Sensitivis uti a Plantis. Rationale eſt differentia hominis eſſentialis dicitur de Petro Paulo etc: quia interrogatus quale eſt Animal bene & Rationale. Per quod Petrus differt ab alijs animalibus irrationalibus.

Proprium. Proprium eſt Universale Prædicabile de pluribus Specie v numero differentibus in Quale Accidentale necessario. Dé quod non eſt quidem Rei eſſentia, eſt tamen connexum necessario cū eſſentia vg Risibile non eſt eſſentia quidem Hominis eſt tamen proprietas connexa cum eſſentia seu rationali, prædicatur de omnibus Inferioribus vg Petrus eſt Risibilis, Paulus eſt. etc:

Nota. Quadruplex eſt Proprium. Primo. Quod soli alicui Speciei convenit, sed non omnibus sub illa contentis vg. Esse Philosophum convenit soli homini sed non omni. Secundo. quod omnibus quidem contentis convenit sub aliqua Specie sed non soli Speciei. vg Esse bipedem convenit omnibus hominibus vg Petro Paulo etc: sed non soli homini. Tertio quod convenit soli Speciei alicui, et omnibus contentis; sed non semper. vg. Ridere, flere, canescere soli homini et omnibus convenit sed non semper. Quarto. Proprium quarto modo eſt illud quod convenit soli alicui Speciei, omnibus non

tentis sub illa et semper. Et hoc strictissime proprium est ut ∫, se Risibilem admirativum, scilicet hominem

Accidens

Accidens est Universale seu Prædicabile de pluribus specie v numero differentibus in quale accidentale contingenter. hoc est non necessario. per quod differt a proprio, est enim Accidens id quod potest adesse v abesse sine subjecti corruptione. Hoc est Accidens est forma in subjecto, quæ si adsit, dat illi denominationem aliquam, v albedo in pariete facit denominari illum album: Si desit, per hoc non desinit paries, potest enim esse v niger v ruber. Sine albedo illi per Accidens, quia illam necessario non exigit. Ly Albus autem ut Abstractum seu Universaliter acceptum potest prædicari de pluribus albis vg Lac est album, nix est alba, paries est albus, In ratione autem Accidentis ut est 3tium Universale prædicabile solum est albus de ijs quæ contingenter sunt alba seu non necessario vg Vela est alba, Petrus est albus, paries est albus. Præviter hic de Prædicabilitate Terminorum seu de Universalibus. Nam proprius Locus in Logica; hic adducta ideo, quatenus cognitio Terminorum notitia ad primam Operationem spectat.

Quæstio Quinta.

De Coordinatione Generum et Specierum, ut sunt Terminorum Universalium.

Decem sunt coordinationes Generum Superiorum et Specierum ab uno summo Genere usq ad Individuum ultimum decendentium; quæ, a Philosophis vocantur Decem Prædicamenta, Hoc Decem Ordines Prædicatorum, quæ variè in Genera et Species Inferiores dividuntur. sunt Sequentia.

Substantia. est Ens Reale per se Subsistens. Ut Angelus. Homo etc

— Coordinatio ipsig scilicet Substantiæ patebit ex Subjecta Tabula infra quam Philosophi Arborem Substantiæ seu ARBOREM Porphirianam appellant.

Quantitas est id secundum quod res aliqua dicitur magna aut parva, Lata, aut profunda etc seu, est id secundum quod aliquid dicitur extensum in Longum, Latum, et Profundum,


Qualitas est Ens secundum quod aliquid dicitur tale aliquem taliter, vg Albedo Fortitudo etc:

Relatio est unius ejus ad aliud. Requirit 3tia. Fundamentum seu id quod refertur: Terminum id est id ad quod refertur. et rationem fundandi seu id vigaus unum ad aliud refertur.

Actio est Actus agentis, quatenus agens est. seu, est ipsa Productio Effectus, prout ab agente procedit, Vg Calefactio.

Passio est Actus patientis, quatenus patiens est. seu, est Productio Effectus, prout in passo recipitur. Vg Ignis dicitur agere in lignum. Calefactio prout ab igne procedit, est actio agentis; prout in ligno tanquam in Termino recipitur est actus passi, seu Passio.

ARBOR PORPHIANA.



Vbi est Forma per quam res dicitur presens spatio seu Loco
Quando est Forma per quam res dicitur in tempore existere
Situs est Forma per quam res dicitur tali v tali modo ese in Loco.

Habitus seu habere est indumenti seu ornamenti applicatio et vestitum ese. Exprimitur Termino vestimentum, Vestis, Gladius, Galea, Galeatus etc.

Conformiter ad Schema Substantiæ etiam reliqua Prædica-menta hic enumerata suas habent Coordinationes scilicet Generum, Superiorum, et Subalternorum, de quibus omnibus agere non vacat; præsertim etiam quod earundem exactior notitia et explicatio ad Logicam pertineat, ubi de jis seu Loco agitur, fusiq et exactius.

Disputatio Secunda.

De Dialectica ~~Judicativa~~.

Seu De ijs quæ pertinent ad Eam Operationē.

Quod Eda Operatio, sit Judicium mentis, quo intellectu enunciat Prædicatum convenire Subjecto, dicitur Judicium Compositivum; aut Judicat disconvenire Subjecto, dicitur Judicium divisivum: supra in Prolegominis explicatum est. Sicut ergo Ama. Operatio docet recte apprehendere terminos, hoc est, cujuscunq Termini rectam Suppositionē intelligere, ne corrigendo fallatur: ita Eda Operatio docet recte Judicare, id est, rectè conjungere Prædicatum cum Subjecto, et sic rectum Judicium ferre, cum verò Judicium aliter manifestare non possimus, nisi ve-

cali Oratione quæ se habet ut Genus ad Propositionem Vocalem; Propositio verò constet nomine et verbo; utriusq; natura explicanda é.

Quæstio Prima.

De Nomine Verbo et Oratione.

Quid sit Nomen

Q Ad Primum. Nomen est Vox significativa ad placitum, sine tempore, cujus nulla pars separata significat, finita et recta.

Dicitur 1. Vox. Ut intelligatur esse Terminus Vocalis. 2. Significativa, Ut excludantur termini non significativi ut Blitri. 3. Ad Placitum. Ut excludantur a ratione nominis signa naturalia vg Gemitus cordis aut risus ipse. 4. Sine tempore. Ut differat a Verbo quod cum tempore significat. 5. Cujus nulla pars separata significat, Ut excludantur Termini complexi ex duobus Verbis vg Homo Justus; non autem illæ dictiones Respublica Leonardo. et similes quia divisæ non retinent eandem significationem quam habent conjunctæ; adeoq non sunt Terminus Complexus: nec a ratione nominis amoventur. 6. Finita. Ut excludantur Termini infiniti vg non Lapis, quia non significant quid res sit sed quid res non sit, nec sunt apti ad faciendas Propositiones Doctrinales. 7. Recta. Ut excludantur Casus obliqui non tam sunt nomina, quam casus nominum. Istaq rationem nominis solum obtinent apud Dialecticos Recti Casus Substantivorum, Adjectivorum, item Pronominum et Participiorum quibus omnibus Definitio convenit.

Dices. Participia significant cum tempore, non

minus quam Verba, Ergo debent excludi a ratione nominis. Antecedens probat. Quia Vg Studens est Participium presentis temporis, Laudatus, Participium preteriti, etc Ergo. R Neg. Ans. Nam Participio potest addi verbum cujuscunq temporis Vg Sum amans Deum, ero amans, fui amans: adeoq solituric accep tum Amans, nullam certam differentiam temporis importat.

Dies Edo. Hæ voces Tempus, Hora, Dies, Mensis, Annus, Item. Gentaculum, Grandium, Cœna, significant cum Tempore. Ergo. Definitio nominis non subsistit. R Neg. Ans. Quod ista, cet significat Cum tempore; sed ad summum priores illæ voces, significant Tempus; posteriores verò connotant tempus, nulla autem harum significat cum tempore. Hæc enim diversissima sunt ut patebit, infra.

R ad Secundum. Verbum, est Vox significativa ad placitum, cum Tempore, finita et recta, cujus nulla pars separatè significat, ftq; eorum quæ de altero dicuntur. nota. Quid sit Verbum.

Dicitur 1. Vox, ad ad placitum, cujus nulla pars etc Explicatio ex superioribus patet. 2o Cum tempore. Ut differat a nomine. Porro, Nota, significare cum tempore est significare aliquid fic v aliquam actionem exerci ab aliquo, in aliqua differentia temporis. Presentis, Preteriti, aut Futuri. Vg Petrus scribit. Verbum scribit significat actionem scribendi, et significat illam conjungi cum Petro, seu exerci a Petro in tempore presenti. Hoc illis vocibus: Tempus, Hora, Dies, etc non convenit quia non significant aliquid esse aut exerci ab aliquo in differentia aliqua temporis Significare cum tempore.

Significare tempus certa.

Significare tempus est esse institutum a primoribus, ad significandum Tempus v aliquam ejus partem. Hoc habent illæ dictiones priores. Connotare tempus; est quando dictio aliqua non quidem directè, et Principaliter, tempus significat, ex significato tamen suo illud connotat seu infert. Vg Cœna significat commestionem, et infert hanc vesperi fieri solitam. Non tamen per hoc significat cum tempore, quia audita voce Cœna non significatur illa actu exerceri ab aliquo in certa differentia Temporis, sive in præsenti, aut præterito fuerit, sed solùm connotat solitam fieri vesperi.

Connotare Temps

3. Dicitur Finita, ut excludantur Verba infinita Vg Non curro. 4. Recta. per quæ intelligitur tempus præsens, Indicativi modi, excluduntur alij modi et tempora. 5. Dicitur Nota eorum quæ de alio dicuntur per quod denotat Verbum, Prædicatum inesse v non inesse Subjecto Petrus est doctus, Petrus non est Lapis. In priori Prædicatum affirmatur de Subjecto, in posteriori negatur.

Dices. Hæc Propositio Petrus Bravit, est bona et habet requisita Dialectica Propositionis, scilicet Nomen et Verbum competens; Ergo. Numero 4. male excluduntur a ratione Verbi alij modi et tempora præterquam Præsens et Indicativum.

R. Concedo Ans. quod sit bona, quia tales Propositiones enunciant veritatem dependenter a præsenti; quatenus verum erat prædicatum dicere Petrus Orat. Idem dicendum de Futuro

Vg Petrus orabit in tantum vera est, in quantū verum erit dicere aliquando, Petrus orat, Adeoq; semper alia tempora dependent a Præsenti. Quod attinet ad modos alios, non enunciant veritatem quia nihil affirmant v negant.

Ad Tertium. Oratio est Vox significativa ad placitū cujus partes per se sunt significativæ, seu cujus partes separatæ significant. Melius sic: Est Vox significativa ad placitū ex Verbo et nomine inter se congruentibus. Vg Utinam saperes. Surge qui dormis. etc. Quid sit Oratio

Oratio alia est Imperfecta. quæ nullum sensum completū habet. Vg Si me Amas. Alia est Perfecta quæ completum et perfectum sensum facit. Vg Veni Petre, Ora Paule. Imperfecta. Perfecta.

Oratio Perfecta alia est Non Enunciativa, in qua licet sensus perfectus sit, non tamen aliquid affirmatur aut negatur. Vg Perge sedere. Utinam Orares. Oratio Perfecta Enunciativa est. quæ et sensum perfectum habet et aliquid de aliquo enunciat. Et hæc idem est quod Propositio. de qua.

Quæstio Secunda.

Quid sit Propositio, quæ ejus Materia, Forma, Qualitas, Quantitas, Divisio.

Ad Imum. Propositio est Enunciatio alicujus de aliquo sive sit mentalis, quæ est actus intellectus; sive Vocalis, quæ voce profertur, id est Propositio est Oratio in qua aliquid de aliquo enunciatur, dicitur, Prædicatur. Quid sit Propositio.

Ad Idum. Materia Propositionis sunt Subtm et Prædtum quatenus se invicem respiciunt. Hic Respectus cum tri Materia Propositionis.

Materia necessaria,

plicitèr fieri possit. Dicitur Materia propositionis Triplex. Vg
Materia necessaria Propositionis, est, quando Predicatum necessario Subto convenit. Ita ut etiam Divinitus non possit non convenire. Vg Homo est Animal. Animal est Vivens. In talibus Propositionibus affirmativa semper est vera, negativa semper falsa.

Materia Impossibilis.

Materia Impossibilis est, quando Predicatum ita disconvenit Subto ut etiam Divinitus non possit convenire. Vg Ut Homo est Lapis. In His Propositionibus affirmativa semper est falsa, negativa semper vera.

Materia Contingens.

Materia Contingens est, quando Pretum ita convenit v disconvenit Subto ut possit non convenire v non disconvenire. Seu, quando Pretum non è de Essentia Subti, sed solū Predicatū Accidentalis. Vg Pario est Albus. In his tam affirmativa quam negativa ipsa potest esse v vera v falsa.

Ad Tertium. Forma Propositionis (nota secundùm se sumpta prout Propositio est precisè) est Copula v secundum se sumpta, uti in affirmativis Propositionibus vg Homo est animal. v affecta negatione uti in Negativis. Vg Homo non est Lapis. In prioribus, scilicet affirmativis hæc forma seu Copula est nexus, Unio, Predti cū Subto, dicitur Compositio. In Negativis verò est Separatio Divisio. Unde differunt ac Propositiones Essentialiter

Qrta Qualitas

Ad Quartum. Qualitas Propositio est ejusdē Affirmatio v negatio. Vade dicitur affirmativa v negativa Propositio. Item. Qualitas ipsius est Veritas aut Falsitas. Unde, quærenti quælis est Propositio Xmi est Affirmativa est Vera etc.

Ad Quintum. Quantitas Propositionis est Extensio seu Amplitudo certa Subjecti Principalis, ad significandū plura

v pauciora. Hinc Propositiones accipiunt suam Denominationē et Divisionem. Vg Propositio.

Universalis. est illa quando Subto praefigitur signum Universale. Vg Omnis homo est Animal, Nullg homo est Lapis.

Particularis Propositio est illa, quando Subto praefigit signum Particulare, vg Quidam homo currit. Aliquis homo dormit.

Singularis Propositio est, in qua Subtum Singulare est, Vg Petrus scribit.

Indefinita, Propositio illa est, quando Subto communi nullum signum praefigitur. Vg Lapis est ens. Homo est Animal

Ad Sextum. Divisio Propositionis est ejusdem denominatio per diversos respectus, o ratione materiae, v ratione formae. Divisio Propositionis

Ratione Materiae; Alia est Propositio Simplex seu Categorica; quae unico constat Subto et Praedto Vg Petrus est Animal.

Alia Composita, Conjuncta, seu Hypothetica, quae constat ex duabus Propositionibus Categoricis v saltem Rationibus tanquam Extremis. Vg Si dies est Sol est. Item. Petrus studet v orat. Item. et Paulus scribit et Joannes Legit., etc.

Nota. In talibus Propositionibus Hypotheticis, Copula non est Verbalis, scilicet Verbum est sed una fere ex his Conjunctionibus: vg In Propositionibus Conditionalibus, particula Si. Si Petrus studet, Pater laudabit. In Copulativis Copula et v Nec. In Disjunctivis, Particula Vel. In Causalibus. Particula Quia. Vg Quia Paulg orat Petrus scandalizatur.

Alia est Propositio Absoluta. quae significat aliquid Absolute inesse alteri. Ut Petrg est Albus. Supposito quod illi albedo insit.

Alia est Modalis quae significat inesse Subto Praedtum certo modo

V necessario, vg Petrū esse Animal est necesse. V Contingenter, Vg Petrum currere est contingens, Hominem esse Lapidem est impossibile.

Ratione Formæ Alia Propositio est Negativa alia Affirmativa. Alia Universalis, Particularis, etc de quibus jam in Logic. 3tia 4ta, et Quinta.

Denig Multifaria Propositionum divisio accipitur ex varia Terminorum Acceptione et Suppositione. Unde Alia sunt Propositiones Formales, Copulativæ, Disjunctivæ, Causales, Directæ, etc quarum Divisiones et Definitiones ex terminorū notitia satis patent.

Quæstio Tertia.

Quid sit Oppositio, Æquipolentia quid Propositionis Conversio

Quid sit Oppositio.

Ad Primum. Oppositio Propositionum est Repugnantia duarum Propositionum circa eadem Extrema, in eadem Suppositione ijdem circumstantijs et Terminorum Affectionibus secundum Quantitatem V Qualitatem, utpote Repugnantia.

Oppositio est Quadruplex. Imo Contraria. Est duarū Propositionum Universalium secundum Qualitatem Repugnantia. Vg Omnis homo est animal, nullus homo est animal. In materia Necessaria et impossibili non possunt esse simul veræ. In materia Contingenti, possunt esse simul falsæ vg Omnis homo currit, nullus homo currit. Quia potest currere aliquis.


Sub Contraria, Oppositio, Est duarum Propositionum Particularium secundum Qualitatem Repugnantia. Vg Aliquis Homo est animal, Aliquis homo non est Animal. Istæ possunt simul esse veræ in materia contingente, quia non sunt propriè Oppositæ, non enim de eodem sunt. In Materia Necessaria Una est Vera altera falsa. Subalterna Oppositio est Repugnantia duarū Propositionū,

secundum solam Quantitatem. Quando Universalis est Affirmativa, et Particularis affirmativa. V Universalis Negativa, Particularis Negativa. V. Omnis homo est Animal, aliquis Homo est Animal. Item Nullo Homo est Animal, aliquis homo non est Animal. In Materia necessaria Opp. Impossibili sunt simul verae aut simul falsae; In Materia contingenti, potest Universalis esse falsa, Particularis seu Subalternata esse vera.

Contradictoria Oppositio est Repugnantia duarum Propositionum, secundum Quantitatem et Qualitatem. Ut est quando Universalis est Affirmativa, Particularis vero Negativa. V Econtra. Intelligo in his Propositionibus in quibus est Terminus communis. Istae Duae nullo modo possunt esse aut simul verae aut simul falsae.

Ista haec Oppositio Propositionum Simplicium patet in sequenti Schemate.

Schema Oppositionum.



De Aequipollentia Propositionis.

Aequipollentia est Duarum Propositionum Aequivalentia id est, quando duae Propositiones Oppositae eodem constantes Subo et Praed propter appositam Particulam Non. tanquam signum, idem valere incipiunt. Aequipollentia quid sit.

Æquipollentia fit tripliciter modo ut sequens versus docet.

Præ Contradic, post contra, præ post, subalter.

Id est. In Contradictorijs particula Non præponitur subjecto. In Contrarijs, postponitur subjecto, in subalternis particula Non et subjecto præponitur et postponitur.

Æquipollentia Contradictoriarū

Explicatur. 1mo. Duæ Contradictoriæ Propositiones, quales sunt: Omnis homo est doctus, aliquis homo non est doctus; sunt Æqui-pollentes seu Æquivalentes id est ut ambæ idem significent. si unius Propositionis subjecto præfigas negationem seu Particulam Non. Vg Si primæ, Non omnis homo est docty. Idem erit ac si dicas, Aliquis homo est doctus. Item si alterius subto præponas particulam Non vg Non aliquis homo non est docty; idem erit dicere ac Omnis homo est docty, Et sic Contradictoriæ sibi pari Æquivalent.

Æquip

2do. Duæ Contrariæ Propositiones, quales sunt, Omnis homo est doctus, nullus homo est doctus. Æquipollent sibi si unius subjecto postponatur particula Non ante copulam ponatur. Vg Si primam illam Propositionem sic efferas: Omnis homo non est doctus. idem erit dicere ac Nullus homo est doctus. Item. Huic Propositioni: Nullus homo est doctus, Æquipollebit Contrariè Affirmativè si dicas: Nullus homo non est docty idem est ac Omnis homo.

3tio. Duæ subalternæ fiunt Æquipollentes, si Particula Non in una illarum ponatur ante subtm semel et post subtm semel. Vg Subalterna sunt Omnis homo currit. Aliquis homo currit. Si igitur priorem sic efferas: Non omnis

homo non currit idem erit, quod aliquis homo currit. Sic de cæteris.

De Conversione Propositionis.

Conversio est duarum Propositionum unius ad alteram per extremorum transpositionem consequentia necessaria. id est quando unius propositionis prædicatum in alteri subito mutatur, et contra. vg Omnis homo est risibilis. Ergo omne risibile est Homo.

Conversio tripplex est. Imo. Simplex. quando duæ Propositiones convertuntur ad invicem manente eadem Qualitate et Quantitate Propositionis. Taliter convertuntur Universales negativæ et particulares affirmativæ. Vg Ad Imum Nully homo est brutum. Ergo nullum brutum est Homo. Ad 2dum. Quidam homo est albus. bene sequitur. Ergo quidam album est Homo. Conversio Simplex.

2da Conversio Per Accidens. quando mutatâ Quantitate manet Propositionum conversarum Qualitas. Taliter convertuntur Universales affirmativæ, et Universalis negativa. Ad Imum. Bene infertur: Omnis homo est Animal, Ergo Aliquod Animal est Homo. Ad 2dum Nullus homo est Equus, Ergo aliquis Equus non est Homo.

3tia Conversio fit per Contrapositionem. id est. quando Subjectum mutatur in Prædicatum et vicissim, servata Qualitate et Quantitate, sed extremis Infinitatis. id est. positis negationibus ante terminos utriusq Propositionis. Taliter convertuntur Universalis Affirmativa et Particularis negativa. Vg Ad Primum. Omnis Equus est hinnibilis. Bene infertur, Ergo Bene non hinnibile, est non Equus. Ad 2dum. sublata Particularem negativam: Aliquod animal non est rationale, Ergo aliquod non rationa-

non est non animal. Ad facilius retinendum memoria has Conversiones disce sequentes versus.

Simpliciter fEc I convertitur E v A per accid.
Ast O per contra ; sic fit conversio tota.

Asserit A negat E ; sunt universaliter ambæ.
Asserit I negat O ; sunt particulariter ambæ.

Hoc est: in dictione fEc I, E, denotat Universalem Negativam, I vero Particularem affirmativam convertendam esse Simpliciter licet per modum unum conversionis. In dict. E v A, litera E denotat Universalem negativam etiam posse converti per accidens seu 2do modo; sicut et Universalis Affirmativa notata per literam A. In dictione Ast O Litera A denotat Universalem Affirmativa posse etiam converti per contrapositionem seu modum 3tium, sicuti et Particularem, Negativam Literâ O indicatam.

Quæstio Quarta
De Modis Sciendi.

Quid sit modus sciendi

Modus sciendi nihil aliud est, qm Oratio manifestativa ignoti. Sunt numero 3. Vz

Definitio est Oratio naturam rei explicans per Genus et Differentiam. Vide multa de hac in Rhetorica sub Loc. A. Dial. Item. Cap. de Gene. et huc refer.

Requisita bona Definitionis sunt sequentia: 1mo. Debet constare Genere et Differentia. 2do debet esse clarior sua Definito. 3.

debet ee Convertibilis cũ suo Definito, i.e. ut Definitio de Definito, et Definitũ de illa dici possit. Vg Homo e animal rationale. Ergo animal rationale e homo. 4. Nihil debet Definitioni deesse nec superfluere. 5. Debet esse brevis quantumfieri potest, et comprehendere totum Definitum. 6. Definitũ n debet ingredi Definitionẽ. Quoeung horũ claudicante mala e Definitio.

Divisio est Oratio totum in suas Partes Distribuens. Vg Hominis pars alta e Corpus alta anima. Totum aliud est Physicum, quod ex partibus realibus constat. Aliud Metaphysicum, quod constat ex partibus solum rationc nostra seu per intellectum talibus Vg Animal rationale, quae revera idem et unum sunt realiter; intellectu ut duo representat, et Essentiã Metaphysicam Hominis componit. Vide plura in Rhetorica Cap. 2do. sub Enumeratione Partium Ubi varia, suttu digna ad Rationem Totij et partium habes. Huc refer.

Requisita Divisionis sunt Sequentia: 1mo. Membra dividentia ali, quod Totum, (id est ipsae partes) debent esse distincta v realiter a parte rei, v. Ratione saltem per intellectum. 2do. Membra simul sumpta debent adequare divisum. id est. nec latius patere nec minus quã illud. 3tio. Divisio debet tradi per membra pauca ne obscurth Oratio.

Argumentabõ ad 3tiam Operationem spectat, de qua infra; Definitio ad 1mam de qua supra. Divisio ad 2dam.

Nota hic pro 1ma et 2da Operatione Segq.

Signum Universale Affirmativũ Vg Omnis Distribuit illũ Terminũ cui proximè et immediate praefigitur. Vg Omnis homo e Aal. Vg Homo Distributivè accipitur. Resolutio patet ex Suppositione Universali Distributiva. Regulã Oppositionum.

2do. Signum Negativum Vg Nullus distribuit omnia Segq. quaecung post se invenit, sive proximè praefigatur sive mediatè. Vg Nullus Homo

est Lapis. Sic Resolvitur. Nec Petrus è lapis nec Paulus è lapis. &c. Item nec Lapis hic vg Smaragdus, nec Lapis ille vg Adamas, aut molaris &c.

3tio Quando Signum Universale Affirmativum vg Omnis. Subtm distribuit, ut num. 1mo. tunc Pradm Propositionis, aliquth Confuse Disjunctivè. vg Omnis homo è Aal, vg Aal disjunctive sumitur v. hoc Aal v. illud, &c.

4to. Signum Affirmativum Particulare Disjunctive sumit Terminu cui figitur. vg Aliquis Homo currit. vg Homo sic supponit v. hic homo currit v. iste &c.

5to In argumentando non licet procedere a Termino non Distributo ad Distributum. etc.

Disputatio Tertia.

De Dialectica Discursiva.

Seu De iis quæ pertinent ad 3tiam mentis Operationem.

Quid sit 3tia mentis Operatio, curdicatur Discursus, mentis, cur argumentatio. Habes sup. in Prologom. Not. 5. Pretereo reuirre ad ea quæ tradita sub Dispositione Cap. 1mo. in Rhet. Dicmq dis. Argumentandi. Cum vero 3tia hæc mentis Operatio tota consistat in argumentatione, tanquam precipuo modo siendi, sit.

Quæstio Prima. Quid sit Argumentatio et ejus Divisio.

Ad Primum. Argumentatio est Oratio in qua unum ex alio inferri denotatur. idest. In qua ex una Propositione cognita. aliam deducimq vg Petrus est Homo. Ergo est Animal.

Requisita argumentationis

Nota 1mo. 3tia requiruntur ad Argumentationem 1. Id ex quo aliud infertq, vg Petrus est Homo et Vocatur Antecedens. 2. Id quod infertur Dua se sumptum, vg Ergo Petrus est Aal, et Vocatur Consequens. 3tio. Id, vi cujus aliquid infertur. vg Quia cum homine connectitur, ratio animalis. Vocatur Consequentia. Illatio, Consecutio, Sequela seu Judicium Illativum; quod orit ex connexione Antis

dentis cum Consequente. Et in hoc tota Vis 3tiæ Operationis consistit, Denotatur per Particulam Ergo Vide explicatius in Rhet. sub Dispositione in fine Cap. 4mi. Notando Ultimo. Huc refer.

Nota 2do. Si 1do, ex quo infertur aliud, fuerit Una Propositio, vocatur simpliciter Ans ut supra. Si Duplex fuerit. Quæ Una Major altera minor. 3tia secundum se sumpta vocatur Consequens; sumpta vero Vi Connexionis, vocatur Consequentia.

Nota 3tio Consequentia. Est Bona v Mala, cum sit Connexio ipsa, Antis cum Consequente: adeoq; Conceditur v Negatur in Argumentando. Consequens autem cum sit ipsa Propositio secundum se sumpta, quæ infertur, est modo vera modo falsa adeoq; sæpe distinguitur. Aliq; non dicis, Concedo aut Nego Consequens, quia de facto ponitur, sed solum ejus dem Connexionem concedis, v Disconvenientiam, cum Antecedente Negas, et ea ipsa Consequentia Bona v Mala.

Ad Dum. Species Argumentationis sunt Syllogismus, Enthymema Dilemma. Exemplum, Inductio Sorites. De singulis in Rhet. Sub. Dispositio. Ad Syllogismum quæ hoc loco pertinent, et a Dialectico examinanda sunt. sic

Quæstio Secunda.

Quid sit Syllogismus, quæ ejus Divisio Materia et Forma.

Ad 1. Syllogismus (tanquam præcipua Species Argumentationis) est Oratio seu Argumentatio constans tribus Propositionibus, ex quarum duabus infertur 3tia. Vg Omnis Virtus est Laudanda. Fortitudo est Virtus, Ergo Justitia est Laudanda. Quid sit Syllogismus.

Ad 2do Syllogismus alius est purus Illativus, Quando Forma Syllogistica applicatur materiis impertinentibus aut Terminis non significativis. Exempli gratia. Vg Omnis homo est Lapis, Omnis Equus est homo. Divisio Syllogismi.

Ergo Omnis Equus est lapis. Alius est Probativus, qui et formā bonā et materiam competentē habet. Alius est Communis, cujus medius Terminus est Communis. Ut Omne rationale discurrit, omnis homo est rationalis Ergo discurrit. Alius Singularis cujus medius est Singularis. Alius Affirmativus aut Negativus; prout Conclusio Affirmativa v Negativa est. Alius Hypotheticus, si talibus constet propositionibus. Alius Probabilis cujus propositiones sunt Probabiles. Alius Demonstrativus, qui constat Propositionibus necessarijs, seu in materia necessaria. Alius Sophisticus cujus Propositiones solum apparenter sunt verae, interim fallaciam abscondunt, ad quam dissolvendā exacta suppositionū notitia habenda est.

Materia Syllogismi.

Quid Majus, Quid Minus Extremum, Quid Medium.

RCtio. Materia Syllogismi est duplex. Remota, et sunt Termini. Item, Proxima, et sunt Propositiones ex quibus componitur.

Nota Imo. In omni Syllogismo bono tantū tres debent esse Termini. Ut Extremum Majus. quod est Praedicatum Conclusionis inferenda, per modū Directum. 2. Extremum Minus. quod est Subjectum ejusdem Conclusionis. 3. Medium, seu Medius Terminus, quia a Rhetoribus vocatur Ratio, Probatio, seu Argumentum, vi cujus ita ambo Extrema connectuntur. Ratio horum est, Quia Syllogismus tantum tres habet Propositiones. Quaelibet Propositio tantum duos Terminos. Quivis autem Terminus debet in Syllogismo bis poni. Hinc patet non posse plures esse quam 3 Terminos.

Exempli Gratia: Vis probare, Sobrietatem esse honestam. Haec sit Propositio probanda seu Conclusio inferenda. Ly Honesta est Majus Extremum. Ly Sobrietas est Minus Extremum. Da rationem qua probes; Ly Quia est Virtus. Ly Virtus est Medium seu Medius Terminus. Hic medius Terminus confungatur semel cum Majori

jore Extremo. Vg Omnis Virtus est Honesta; Habes Majorem. 2do. Dē, medius Terminus conjungatur cum Minore Extremo Vg Sobrietas est Virtus; Habes Minorem. 3tio ipsa Extrema per se inferantur et secum conjungantur, vg Ergo Sobrietas est Honesta Habes Conclusionem et totum Syllogismum.

Ut autem scias an Medius Terminus debeat in Syllogismo esse Prædicatum an Subjectum, ubi poni oporteat scienda Regula.

℟ 4to. Forma Syllogismi est apta Dispositio Terminorū et Propositionum ad rite concludendum. Ideo est Coordinatio Medij Termini cum Extremis. Hæc Forma seu Coordinatio quatenus est Certa Dispositio Termini rum dicitur Figura. Quatenus vero ē Dispositio Propositionum, est figura modus. De his

Forma Syllogismi

Quid Figura

Quæstio Tertia
De Figuris et Modis Syllogismorum.

Dixi Immediate, Figuram consistere in Dispositione Medij Termini cū Extremis. Modum vero Figuræ in Dispositione Trium Propositionum secundū Quantitatem et Qualitatem. Nunc

℟ 1mo. Figuræ Syllogismorum sunt 3 tantū. 1ma ē quando Medius Terminus in Majore est Subtm, in Minore Prædm. Vg Omnis homo est animal Petrus est homo Ergo Petrus est animal.

2da Figura ē, quando Medius Termin⁹ in utraq Præmissa est Prædicatum. Vg Omne Sensitivum est animal, Nullum Saxū est animal. Ergo nullum Saxum est Sensitivum

3tia figura ē, quando Medius Termin⁹ in utraq Præmissa ē Subtm. Vg Omne Animal est Vivens, Omne Animal est Sensitivum. Ergo Quoddam Vivens est Sensitivum. Hoc totū continet ista Dystichos:

Prima, prius subjicit Medium, post prædicat illud.
Altera bis dicit, Tertia bis Subjicit.

℟ 2do. Modi sunt trium figurarum, ex quibus cognoscitur

quo loco Propositiones Universales quo Particulares. quo affirmative, quo negative pertineant, et poni debeant, in quauis Figura, exprimuntur sequentibus 4 Versibus.

Barbara, Celarent, Darij, Ferio x Baralipton,
Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorum.
Cesare, Camestres, Festino, Baroco x Darapti
Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison.

Nota amo. 19 sunt Dictiones, quarū 9 prime denotant modos prime Figure. 4. Priores, scilicet Barbara Celarent, Darij et Ferio, concludunt. Directe, et sunt precipui. 5 sequentes Baralipton Celantes &c. concludunt indirecte. Cesare, Camestres, Festino, Baroco, pertinent ad 2dam Figuram. 6 ultimæ ad 3tiam.

Nota 2do Hic semper ante oculos habendum illud Distichon: Asserit a negat e. &c. Nam in quauis Dictione considerandæ sunt 3, prime Syllabæ, earumq vocales et agnoscas quale Propositionem, qualem modum, quævis dictio constituat vg Barbara. Significat omnes tres Propositiones debere ēē Universales affirmativas. quia unius cuiusq syllabæ vocalis est Littera A. vg

Bar. Omne anima est sensitivum.
ba, Omnis homo ē animal.
ra. Ergo omnis homo est sensitivus.

Dictio Celarent, denotat majorem esse Universalem negativam minorem Universalem affirmativam, Conclusionem vero Universalem negativam. vg

Ce, Nullum visibile ē lapis.
La. Omnis homo est visibilis.
lent Ergo nullus homo est lapis.

Dictio Darij denotat, majorem esse Universalem affirmativam minorem

vero et Conclusionem, Particularem affirmativam. Vg

Da, Omnis homo est rationalis,
Ri Aliquod Animal est homo
I Ergo aliquod animal est rationale.

Ferio denotat, Majorem esse Universalem Negativam, Minorem, Particularem affirmativam, Conclusionem Particularem Negativam. Vg

Fe Nullus Athiops è albus
Ri Aliquis homo est Athiops.
O Ergo aliquis homo non est albus.

Hi sunt 4 tuor modi Directè concludentes eo quia majus Extremum in Conclusione prædicatur, minus vero Extremum Subjicitur. Dicuntur modi perfecti quia Terminorum Dispositio in illis sta infert consequens et extorquet ex Relationis ut ex ipsa Terminorum apprehensione evidens sit. Advertendū pro his 4 modis directis minor semper debet ēe Affirmativa, Major nunquam Particularis, sed Universalis. Juxta illam Regulam:

Sit Minor Affirmans nec Major sit Specialis.

Quid sit Directè concludere.

Sequentes Quinq modi, licet Legitimam habeant Dispositionem Terminorum, concludunt tamen Indirectè; id ēst minus Extremum in Conclusione prædicant de Majore scilicet, quod deberet ēe Subtm in Conclusione ponunt pro Prædo. Patebit in Exxl.

Quid sit Indirecte concludere.

Tres Syllabæ dictionis Baralipt. denotant 3 Syllogismi Propositiones Maj. Min. Conclusionem. Vocales Syllabarum, (uti in prioribus (et omnibus aliis modis) denotant Quantitatem et Qualitatem Propositionum earundem, hoc ēst. Universalitatem aut Particularitatem, Affirmationem v Negationem earum. Sic Dictio Baralipt. requirit Maj. et Min. Universalem affirmativam. Conclusionem vero particularem Affirmativa

Vg Ba Omne Animal est Vivens
Ra Omnis homo est animal
Lipt Ergo aliquod vivens est homo.

Hic Syllogismus si Concluderet Directe, id est si Conclusionis Extrm ponerentur pro minore, et viciſſim, mutata Quantitate Propoſitionis, Syllogismus eſſet in Barbara. Vg Si ex premiſſis precedentibꝫ, Sic Conclueret: Omne Animal eſt Vivens. Omnis homo eſt Animal. Ergo Omnis homo eſt Vivens. Idem dicendum de aliis Modis, qui habent Conclusionem in aliquem. Directum Converterentur, illum ſcilicet, qui eandē initialem literam habet. Vg Sicut Mody Baralipt reducitur ad Barbara, Celaront ad Celarent, Dabitis ad Darij, Fapesmo et Frisesom. ad Ferio. Hæc de una figura.

Ad 2dam Figuram quod attinet, hic medium Terminum (ut ſupra dict.) est in Majore et in Minore predicat. Habet Modos 4. Indicantur per dictiones: Cesare, Camestres, Festino, Baroco. Si per aliquem horum modorum vis Argumentari, considera literam ſignificationem, ut ſupr. a quibꝫ Propoſitionem Quantitatem et Qualitatem dicet. Vg

Ex. Nullum Brutum eſt animal rationale.
a Omnis homo eſt rationalis,
re Ergo nullus homo eſt brutum. Sic de ceteris modis

Regulæ Secundæ Figure ſunt Duæ hoc verſu expreſſæ.

Una negans præcat, nec Major ſit Specialis.

id eſt in modis 2dæ figuræ, ſemper debet ex premiſſis una eſſe negativa Major vero ſemper Univerſalis. patet in Praxi, et ipſæ literæ denotant.

Ad 3tiam Figuram quod attinet, hic (ut ſupra dict.) medium Terminum in Majore et Minore ſubijcit. Habet modos 6: Darapti, Felapton, Disamis Datisi, Bocardo Ferison. Si per hujus figuræ modū aliquem placet argumentari, attendendū ad ea ad quæ in præmiſſis. Vg Dictio Darapti denotat Majorem

et Min. debere esse hoc modo esse Universalem affirmativam Conclusionem vero Particularē affirmativa. Sic

Da, Omne animal est vivens
Ra Omne animal est sensitivum.
Ri Ergo aliquod sensitivum est vivens. Conformiter de cæteris.

In hac figura Minor semper debet esse affirmativa. in omnibus modis. b, denotant literæ. Conclusio vero in omnibus Particularis. Quas Regulas si serves, et ad supradicta reflectas, facile erit Syllogismum agnoscere et in quavis figura ac modo colocare. Regula Istæ figuræ est hæc

Sit Minor affirmans, Conclusio sit Specialis.

Quæstio Quarta

Quæ sint Regulæ comunes ōnibꝫ tribus Figuris?

Prima ex Puris Particularibus aut Indefinitis (nisi pro eodem sumantur Particulare) nihil concluditur. Vg Aliquis homo est Ál Aliquis Equus est Ál, Ergo aliquis Equus est homo.

2da. Ex Puris Negativis nihil infertur. Quia sit neutrū Extremū unitur cum medio Termino adeoq, nec est ratio, cur uniantꝫ in Conclusione.

3tia Conclusio sequitur debiliorem partem. Particularis est debilior Universali, negativa debilior affirmativa: adeoq, si Præmissa aliqua fuerit Particularis aut Negativa, talis sequi debet Conclusio.

4ta. Medius Terminus non debet intrare Conclusionem. Quia alias probaretur idem per idem, quod non debet fieri.

Quinta. Nihil debet addi in Conclusione quod non fuit in Præmissis. Item. Servari debet Terminorum ubiqꝫ eadem Proprietas, ac Suppositio.

6ta Medius Terminus bis debet poni in Premissis, semel cum Majore extremo, semel cum Minore conjungi. Quia tres tantùm debent esse Termini, ut dictum hic. Quæstione 2da. Notando Amo.

7tima Medius Terminus necessario debet in aliqua præmissa distribui. Id est. Universaliter accipi pro omni significato, pro quo potest accipi. Hinc Axioma: A Termino non distributo ad distributum non valet argumentatio. Id est. Terminus qui in Præmissis non supponebat distributivè, nec in Consequenti talliter accipi debet. Undem la argumentatio. Omne animal est Vivens, ergo omne Vivens est animal. Ly Vivens in Antecedenti non supponit Distributivè sed Confusè, ut dict. in fine 2dæ Operationis, inter signa, num. 3tio. Ratio Ulterior. Quia si utræq; præmissa sumatur Particulariter, erunt 4. Termini, consequenter mala argumentatio. Ly Aliquis homo est Rector, Coridon est aliquis homo, ergo Coridon est Rector. In Majore Ly aliquis homo, facit Unum terminum et supponit vagè. Ly Rector facit alterum terminum, Coridon 3tium. Ly aliquis homo in 2den. 4tum. Qui supponit pro Coridone determinatè. Hæc patent ex Suppositionibus.

Stada. Ex Vero nunqu potest sequi Falsum. Quia si extrema identificantur ambo cum medio, identificabuntur etiam inter se secundum illud axioma. Quæ sunt eadem uni tertio, sunt idem inter se.

9. Reg. Ex falso potest sequi Verum non ratione Materiæ, sed rationis formæ. Ly Omnis homo est Arbor. Sed Planta est homo. Ergo planta est arbor.

Has communes Regulas argumentandi continuò habere oportet ad evitandas innumeras fallacias. Quæ sit

Quæstio Quinta.

Quid sit Syllogismus Sophisticus, quid Expositorius.

Sophisticus Syllogismus seu Sophisma est, quando ex Præmissis appa

venter sens, infertur Conclusio falsa. Vg Ensis, est tertiæ declinationis, sed Gladius est ensis. Ergo gladius est tertiæ declinationis. Fallacia multiplex est. Sive in dictione sive extra dictionem. In Dictione

1mo. Fallacia Æquivocationis; dum Termin aliquis accipitur Æquivoce secundum diversam significationem in præmissis Vg Omnis canis latrat. Stella aliqua est canis. Ergo stella aliqua latrat.

2do Fallacia Accentus seu Amphibologiæ Casus. Vg Qui audit peccat, sed sil audit. Ergo peccat. Item. Omnes Episcopi sunt Sacerdotes, Isti boves sunt Episcopi. Ergo isti boves sunt Sacerdotes.

3tio Si Termin accipiatur in diversa significatione cum Ironia. Vg Qui te dixit animal dixit verum. Sed qui te dixit asinum te dixit animal Ergo dixit verum.

4to. Si quid addatur in una Propositione quod non fuit in altera Vg Qui te dixit egregium te Laudat. Sed qui te dixit egregium potatorem dixit te egregium. Ergo te Laudat.

5to Si mutatur Ampliatio Vg Omnis qui non peccat est in gratia Dei. Sed qui dormit non peccat, Ergo qui dormit est in gratia Dei. In Majore Vg non peccat accipit ampliativè pro eo qui non peccat nec peccavit. In Minore accipitur restrictim.

6to. Si mutetur Proprietas Locutionis Vg Quod videt habet os, sed pratum videt. Ergo. Tales et similes Fallaciæ dicuntur in dictione.

Fallaciæ extra dictionem sunt, quando aliquid tribuitur Subjecto secundum se quod illi convenit solum secundum accidens. Vg Omne album est accidens. Homo est albus. Ergo homo est accidens. V quando argumentamur a Termino ad quid ad Simpliciter. V quando per petitionem principii Vg cœlum movetur, quia habet motum, idem per idem probando. V a Causa non Causa. Vg Qui ædificat est Causa ædificationis. Sed musicus ædificat. Ergo.

Has omnes Fallacias, facilè dissolves, si bene Terminos eorum Suppositiones et Proprietates noveris.

Syllogismus Expositorius, qui pro medio habet terminū singularem, ꝺ est Inconmunicabilē; virtute rē quasi ob oculos ponere. Vt Hic homo currit, Petrus est hic homo ergo Petrus currit. De Syllogismis Hypotheticis, Exclusivis Probabilibus etc: tractare et ratio competit et ratio temporis non patitur.

Syllogismꝰ Expositoꝝ

Quæstio Vltima.

De Reductione Syllogismorum.

Nota 1mo. Licet omnes Modi Syllogismorum boni sint, quia tamen preter primos 4. in alijs non ita aperte vis illationis apparet, contingere potest ut alter non satis apprehendens connexionē extremorū et artē neget consequentiam. Itaq; ars alia est Syllogismos imperfectos reducendi ad Perfectos 4. dictos. Porro.

Reducere Syllogismum nihil aliud est, quàm ex imperfecto facere perfectum, constet priorem fuisse legitimū.

Reductio duplex est Ostensiva et per Impossibile. Ostensiva est, quando retinetur ꝺē mediū, et eadē conclusio in Syllogismo perfecto, ad quem reducitur imperfectus; manentibus ipsdem extremis, ꝺo aliqua v aliquibus Propositionibus mutatis seu per Conversionem seu per Transpositionē v per utrumq; simul. Pro quo.

Reductio Ostensiva.

Nota 2do. In omnib; Modorū dictionib; 4. inveniri consonantes, a quib; incipiunt. B. C. D. F. Hæ denotant, modos imperfectos incipientes a B, debere reduci ad Barbara incipientes a C. ad Celarent, incipientes a D. ad Darij ab F. ad Ferio.

Nota 3tio. Præter consonantes prædictas initialis observari a Mo. dalitates in Modis imperfectis consonantes intermedias 4. S. P.

M. C. Hæ denotant, quali modo debeat reduci Syllogismus imperfect
ad perfectū aliquem ex prioribus. Vg

S. Significat Propositionem quam denotat Vocalis proximè Ante
cedens convertendā ē simpliciter. id ē, Prædm in Subtm, manente eadem Qualitate et Quan
titate. Vg

Ces. Nullū animal ē planta
la Omnis arbor ē planta
re Ergo nulla arbor ē animal.

Reducitur ad

Ce Nulla planta est animal
la Omnis arbor est planta
rent. Ergo nulla arbor ē aal.

P. Significat Propositionē quam denotat Vocalis precedens vertendam ē
per accidens. id est ut mutata Quantitate maneat Propositionis Qualitas.

Vg Fe Nullg Æthiops ē albg
la Omnis Æthiops est homo
fron Ergo aliquis homo est albg.

Reducitur ad

Pe Nullus Æthiops ē albus
ri Aliquis homo est Æthiops
o Ergo aliquis homo nē albg.

M. Significat Propositionem quam denotat Vocalis proximè precedens, trans
ponendā esse ita ut fiat ex Majore Minor et viceversa. Vg

Ca Omnis homo est animal.
me Nullg lapis est animal
stres. Ergo nullg lapis est homo.

Reducitur ad

Ce Nullū aal ē lapis
la Omnis homo ē aal
rent. Ergo nullg lapis est homo.

Modus Disamis. reducitur ad Modum Darij. Adverte quatenŭ Darij est
ime figuræ, debet medium prius subici post prædicari. quia habet literam S.
in medio Dictio scilicet Disamis, debet Major verti, non quomodocunq;
sed per transpositionem cum Minore; quia etiam Literam M. habet, quæ
consonantē, sicut et aliæ mediæ supra posite S. P. M. C. semper vocale
precedentem, non sequentem denotant, adoq; eius propositionem vertendā.

Itaq; sic

Dis Aliquod aal ē rationale.
a Omne aal ē vivens
mis. Ergo aliquod vivens est rationale.

Reducit ad

Da Omne aal est Vivens
ri Aliquod rationale ē aal
i Ergo aliquod rationale ē Vivens.

Totum hoc Artificiū denotat sequentibz versibz:

Litera prima notat quo quemq; reduciere possis
S. vult simpliciter verti, P. vero per Accid.
M. vult transponi, C. fer impossibile tuci.

Scilicet B. C. D. F.
Ord. Notand. Do

C. consonans in medio dictionū reperta, significat reductionem per Impossibile debere fieri, quod fit in Bocardo et Baroco, quando scilicet imperfectus Syllogismus ad perfectū reducit, per duo Contradictoria, ut quod adversarius negavit, cogatur ultro concedere. Hæc Reductio cū raro in usu sit supersedebimus meliorē compendij Dialectica, Tempo risq; elapsi. Itaq; Cum Reductione Syllogistica etiam cala mum ad illum reducamus a quo cæpimus scilicet:

Deum. Ter. Opt. Max. Cui gloria et honor, Beatis simæ Virgini Matri, Sanctisq; Tutelaribus nostris

Veneratio.

Ad M. D. G. B. V. M. I. C

Honorem

BIBLIOTEKA
UNIWERSYTECKA
W KRAKOWIE

Consilium

Resolutio

BIBLIOTEKA
Rkps. Nr. 452.
K. 102.



Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.